
VII
G.c.20.

...enouard Tom 1. p. 354. collated & perfect.

11,56



# IVNIORIS LV-
## DOVICI PARISETI REGIENSIS
## AD VARIVM TOLOMAEVM
## FRATREM THEO-
## POEIAE,
## LIBRI SEX.






VENETIIS APVD ALDI
FILIOS. M. D. L.

# AD IVLIVM III.

PONTIFICEM MAXIMVM, IVNIOR LVDOVICVS PARISETVS REGIENSIS.



*VM summum religionis, & rerum ad te iudicium pertineat: hoc opus de Dei opificio, diuinaq; rerum creatione conscriptum tibi offerimus censendum, atque iudicandum: ut non minus adhibito indice explores, si quid insincerum in se contineat; quàm libella expendas, indignum nequid referat grauitate christiana. Quantum in nobis fuit; id maxime propositum habuimus; ut in admirationem Dei exciremus hominem: & excitum rursus in eius studiũ, amoremq; accẽderemus: qua prorsus in re immortalitatis hu-*

*manæ, & salutis omnem rationem ar bitramur esse collocatam. Ex ære, quodcunque mihi Dei beneficio confla tum est; in sacrum ærarium studui- mus conferre: quod præcipue queat esse usui: & quantum facultatis no- stræ ratio uisa est posse tolerare. Vale.*

# IVNIORIS LVDOVICI PARISETI REGIENSIS AD VARIVM TO=LOMAEVM FRATREM THEOPOEIAE.

## LIBER PRIMVS.



NCESSIT *iandudum animum Tolomæe cupido*
*Scribendi terræ, & cœli primordia, resq́;*
*Productas authore Deo, & diuina dierum*
S *ex opera. à cœptis deterruit hactenus ingens*
M *ateriæ grauitas, ratioq́; abſcondita. quanuis*
N *unc æquè agnoſcam nobis non eſſe potentes*
T *anto oneri uires tractando: & maius id eſſe*
M *olimen, quàm quod ualeat perſoluere noſtræ*
D *ebilitas operæ, & noſtri perferre queat uis*
I *ngenij: tamen auxilio confiſus, opiq́;*
D *iuinæ, ſperansq́; mihi fore ſpiritum eundem*
F *autorem, qui conditor extitit, experiar, quod*
O *ptaui toties, & uiribus omnibus una*
C *ontractis, & ſubſidijs, quæcunque ualebo,*
V *ndique collectis, animo, & conamine ſaltem*
N *on deero, ſi non dabitur re conſequi. opinor*
N *on prorſus tam dedecori, probroq́; futurum,*
P *ondere ſi preſſus uidear ſuccumbere, quàm ſi*
T *urpi pigritia arreptus, ſegniq́; ueterno,*

D efeciſſe animo conuincar. gloria quanuis
R eſponſura oneri non ſit, nec gratiæ abundè
S im mihi conciliaturus repetendo, quod olim
P luribus egregijs ſcriptoribus eſt memoratum:
N e tamen id uidear fruſtra ſumpſiſſe laboris,
H æc noua ſcribendi ratio fortaſſe uetabit.
N am ſi nullus adhuc per cliuum tendere, quem nũc
I ngredior, tentauit: iter ſi ducere, qua ſe
N ulla uetuſtatis dèmonſtrat ſemita, conor:
P rõpta animi ad præclara operũ ſubeunda, uolũtas
N on damnanda, etiam ſi non conatus adeptus
S ucceſſum fuerit. ſanè perpendere uires,
E t librare, priuſquam quid ſubeatur, oportet
P rudentem: & quam ſufficiat tolerare facultas,
M ateriam tractare decet. ſed nulla poteſtas
C reſceret in maius: nullumq́; accederet augmen
V iribus humanis, ſi non grauiora ſubiri
I nterdum accideret, maioraq́; pondera ſumi,
Q uàm ferri ex ſolito uideatur poſſe. labore
D ifficili uires augentur. uiſa alioquin
V iribus imparia, adnixu tentata feruntur:
E t quæ, quam ferri poſſint, grauiora uidentur,
P lerunque adiectis conatibus inueniuntur
C edere. Quocirca nobis, utcunque cadat res,
D ucimus experiendum, & quod concepimus, ultro
T entandum. Nolim tamen adſcribi mihi, ſi quid
E xplicitum fuerit fœliciter. id referendum
O mne deo acceptum fateor, quodcunque probari,
L audariq́; merebitur. Id uerò, quod ineptè,
A ut ruditer fuerit ſcriptum, conſentio mente

I *ngenua, esse meæ tribuendum inscitiæ. ut ergo*
C *ertior ad uerum reddatur opinio tandem*
F *irmandum, prius expediam diuersa sophorum*
S *ensa pelasgorum de mundi conditione,*
P *rincipióue. Aliqui mundum sensere fuisse*
S *emper, & æternis annis, seclisq; futurum*
P *erpetuis: qui quantum decipiantur, & errent,*
I *nde patere potest: quod credunt posse caducis,*
E *t corruptilibus compingi pluribus unum,*
Q *uod sit perpetuum: & quæ nasci comperiuntur*
O *mnino, ex his posse aliquid constare, quod expers*
P *rincipij sit. præterea multum, & uehementer*
P *rimæ detrahitur causæ: dum mundus ei fit,*
A *sserriturq; coæuus, eiq; creatio rerum*
A *ufertur. cum perciperent minus hi rationem,*
Q *ua tot cœpissent rerum miracla, fuisse*
P *erpetuo potius uoluerunt tradere, quàm se*
O *mnino ignaros intellectuq; fateri*
I *nualidos. alij mundum scripsere creatum*
E *sse: deumq; putarunt, quē mentē esse reantur,*
E *t fatum: cum principio in semet foret: atque*
E *sset apud se, quicquid erat substantiæ, in undam*
C *onuertisse ex aëre, materiamq; creandis*
O *mnibus instituisse: elementaq; quattuor inde*
P *roduxisse: quibus constarent cætera. sunt, qui*
V *num constituunt, necnon duo: deq; duobus,*
A *c uno numeros producunt, de numerisq;*
P *uncta ferunt gigni, de punctis lineam oriri:*
E *x qua produci planas, latasq; figuras*
C *ommemorant: solidasq; aiunt prodire figuras*

E x planis, solidis autem constare figuris
C orpora: qualia sunt elementa. edi ex elementis
D enique mundum animatū, intellectuq; ualentem
A ffirmant. est, qui productum sentiat esse
E x igni mundum, & uertendum rursus in ignem
E sse ferat, nullo generandi authore statuto,
Q ui sit materiæ seiunctus. sola putatur
H uic tenebroso homini mutatio causa creandi,
A c producendi uia. multiplices, uariosq;,
A tque infinitos numero putat esse creatos
E x atomis mundos alius. sententia uerò
S anior est eius, qui mundi tradidit esse
A rtificem, authoremq; Deū: licet is quoque multū
F allatur: dum materiam putat usque fuisse:
P erpetuoq; arbitratur, semperq; futurum
M undum. De mundo sunt hæ sententiæ Achiui
G ymnasii, græcæq; scholæ: quæ sedulitate
V sa fuit tanta in studijs, rebusq; sciendis:
V t quantum humani ingenij præstare facultas,
V isq; potest: nihil omnino ignorasse uideri
P ossit. Sed cum sit productio, origoq; mundi
T alis, ut ipsius superet perceptio uires
H umanas, soliq; deo manifesta sit, author
Q ui fuit, atque opifex: non mirum, si nequiere
N ulla suffulti diuini numinis aura
P ercipere illa, quibus noscendis nulla laboris
H umani solertia sufficit absq; fauore,
A fflatuq; eius, qui condidit, atque creauit.
E xplosis igitur reliquorum sensibus, uni
H ærendum est Mosi: qui mundi tradidit ortum,

P rincipiumq; , dei monitis instructus, & ore:
E t qui de mundi, rerumq; tenore reliquit
S criptum, quod dictante Deo, qui fecerat, hausit :
E xcepitq; : tametsi pro farragine rerum ,
C onditioneq; materiæ, quæ non satis esse
N ota potest homini , tradantur plurima : quæ pro
C aptu hominis possint utcunque expressa uideri.
N am cum de sensu perceptio prodeat omnis
H umana, ac omnis nostra intellectio causam
E x sensu ducat : fieri nequit , ut capiantur
N ostro intellectu , quæcunque minus rationem
A d sensum directam habeant. Quapropter origo
N aturæ, mundiq; creatio pro ratione
P rincipij : quo nulla iacens Hyle statuatur ,
C um nequeat sensus complecti uiribus, & se
E ximat à sensu tam propter temporis ortum,
Q uàm partum ex nihilo : non mirum , si satis edi,
A pprendiq; nequit . Quanuis sit credere dignum ,
Q ui tradente deo scripsit primordia rerum,
P ropter eos,quos instituendos, atque monendos
S umpserat, attrectasse minus fastigia, remq;
P inguius expressisse , foret quàm tradita , quamq;
I ntellecta sibi : & pro captu humili, tenuiq;
L ectorum explicuisse rudi diuina Minerua,
E t quodam ad sensum propiori syrmate fandi
C onclusisse : tamen nulla ratione putandum est,
R em tam diuinam, atque alienam sensibus unquā
E xacte potuisse homini innotescere, siue
A pprendi: cum,quæ superant omnem rationem
H umani sensus,nequeant ullius amussim

I ntellectu hominis comprendi. per uia quæ sunt
P uro intellectu, non possunt percipi eodem
N otitiam humanis ex sensibus accipiente.
V nde minus mirum, si qui uoluere uetusti
G ræcorum arcanam educti mundi rationem
S crutari, & scribendo aperire, modis uariarunt
M ultijugis, absurdáq; plurima dissilientes
M utuò, compegēre. nihil, cur sensa piorum
A uthorum, qui diuini monumenta secuti
S unt Mosis, uarijs miremur habere modis se
E t pro cuiusque ingenio differre. necesse est,
C onditio ignorata rei gignat, pariatq;
D iuersos sensus. Quæ uim superant, fugiuntq;
C aptum intellectus, non possunt non uariatè
T radi: diuersisq; tenoribus exponendi
I nuolui, quo fit, ne conueniatur, & uno
S ensu exponatur. quanuis ratione creantis
P rincipij conspiretur, nec dissideatur
V ngue, tamen causa reliquorum tot ferè sensus,
Q uot Mosis spartam exponendi iniere. meris dum
N unc uerbis hæretur: dum nunc percipiuntur
O mnia translatè, contingit, ut eliciantur
T am uarij sensus, ut sint propè, qui uideantur
S erpere humi, referantq; nihil, nisi sensile: sint, qui
A lta petant, solumq; sibi intellectile mira
C ontineant ratione. prout qui uerba secuti
S unt mera, & addicti uerbis, solummodo rebus
C orporeis hæsere: nimis pressisse uidentur
M ateriam mundi, & diuini operis rationem
E xtenuasse nimis, potiusq;, quid esset obeso

S ensu homini promptum, q̄ quod dignū bonitate,
E t uirtute dei, ſpectaſſe: ita qui uoluere
V erba relinquentes, incorporeis referendis
O mnino perſtare, mihi nimis ambitioſe
S e geſſiſſe uidentur, & ulterius referendo
P roceſſiſſe, homini quàm fas apprendere: quànque
E xpediat proferre. Dei dum latius, atque
V berius uim conantur monſtrare potentem:
C onfundūt hominis captum, humanamq; animorū
O btundunt aciem: & fructu, ſeu fruge ſalubri:
Q uæ de materia queat hac prodire, legentes
F raudant. Nam cum tota dei deſcripta creantis
A ctio tendat eò, ut uirtute dei, & bonitate
P erſpicue intellecta, hominis mens ipſa trahatur
I n ſtudium, cultumq; dei: & capiatur amore
E ius, quem meritis largum, & uirtute potentem
O mnino deprendat, & ad ſenſum manifeſtò
P ercipiat: nimis ambitioſa indagine, ſiue
T ractatu nimis obſcuro fieri reperitur,
V t, qui lecta minus capiant, tam mente laborent,
Q uàm ſenſu frangantur: & interea nequeant ſe,
I ngeniumq; ſatis diuino appellere amori:
C um quæ alias poſſent ſenſus, animoſq; mouere,
C onfundantur eis, quæ conditione ſuapte
D iſpeſcunt ſenſus, animoſq; ex tramite prorſus
N aturæ abducunt. Quarè nimis ardua linquens,
E t quæ lectorum poſſint obtundere ſenſus,
D imittens, ſic materiam moderabor: eoq;
T ramite procedam: ut nec poſſim forte uideri
S erpere prorſus humi, terræq; inſiſtere ſolum.

E t ſi ego propono ſcribendi prorſus eundem,
Q uem Moſes finem ; tamen explanando aliquātò
A ltius, ipſius quàm Moſis nuda loquendi
S implicitas præ ſe uideatur ferre : relinquam
N on intacta, nec omnino dimiſſa ea: quæ ſint
P uri intellectus. uerum ſcribendo tuebor
I d rationis, ſiue modi : ut quodcunque trahetur
E x uerbis Moſis ruditer minus intellectis,
T ale ſit : ut nequeat mentes onerare, ſuáq;
C onditione animos obtundere : quominus acri,
I ntegráq; acie poſſint incumbere fini
P ropoſito, fructumq; Dei decerpere amandi,
E t contemplandi. Quin obſeruare tenorem
E ſt animus, qui præcipuè conducere poſſit,
E t conferre animis in amorem pelliciendis
D iuinum: ſtudiumq; dei, cultumq; mouendis.
O mnibus ex ſenſis, quæ ſunt deprompta prophetæ
E x uerbis, & ſtare queunt ueri integritate
S eruata : idcircoq; minus reprobata, teneri
P oſſunt ex ſacri conuentus lege, ſequendum
I d mihi propoſui, de quo plus utilitatis
E xcerpi poſſit homini ratione ſalutis
Q uærendæ, & cauſa cultus diuini, & amoris
C oncipiendi. Quanuis explanatio nulla
S it, quæ non aliquid fini reſpondeat, atque
P ropoſito Moſis : ſaltemq; ex parte ſcopum, qui
F igatur, non reſpiciat : tamen ordo, tenorq;
E ſſe poteſt alius alio magis expediens, ac
C onducens. ut uero pium, quod proficiendi eſt
P ropoſitum, ſtudiumq; cadat fœliciter, opto,

E fficiat, qui cuncta potest. Quodcunque talentum
C œpi exercendum, desidero, sic ferat, atque
E dat abundanter lucrum, eius, qui dedit aura,
S ubsidioq; : prout minus id mihi defodiendum
D uxi. Quo possit succedere, quod studiosè
P roposui, tam uerba mihi, quàm sensa ministret,
E xpeto, cui uirtus omnis tam percipiendi,
Q uàm fandi debetur. Cuius plasmata uersu
C omplecti, & numeris comprendere molior, eius
O ro, mihi, imprimis adsit fauor, & comitetur
H osce meos ausus: quibus affore prorsus opinor:
C um præsertim habeam propè scribendo rationem,
Q uàm planè deprenditur ipse habuisse creando.
S ed iam tempus, uti spacium subeamus, & actos
I n cursum soluamus equos: & numine fausto
D ifficilis spartam incipiamus inire laboris.
Q uem tot constantem rebus, formisq; uidemus
M undum, nullus erat. rerum natura uigebat
N ulla, nihil subsistebat, quod corpore constet,
A ut intellectu. nullus locus existebat,
N ullum tempus erat. solum Deus in ratione,
E t uirtute sua æterna perstabat, egensq;
N ullius, & numeris cunctis perfectus agebat
I n semet, semetq; sua uirtute fouebat
S implex, & motu prorsus alienus ab omni:
Q ui cum natura foret unus, Hipostase uero
T riplex, ui summa pollebat, & omnipotenti:
E t tam perfecta præcellebat bonitate,
Q uàm prorsus rationē omnem sapientiæ habebat.
H ic nulla urgenti causa, aut ratione coactus,

S ed ſolum bonitate ſua ſic motus, ut ipſi
N ulla tamen contingeret immutatio, mente
Q uicquid in æterna conceperat: atque uolenti
S ic animo ſemper ſeruarat, ut ordine certo
T emporis effectum ſortiri uellet: ad ortum
D uxit, & ex nihilo mira uirtute creauit.
V t uoluit bonitatis theſauros aperiri,
D iffundiq́; ſuæ, ac animis, rebusq́; creatis,
L arga ſuæ uirtutis munera participari:
S ic ſe præſtitit, oſtenditq́; creando potentem,
M irificumq́; nimis. Nam cum ſubſtantia nulla,
N ullaq́; materies exiſteret, & nihil eſſet
O mnino, niſi qui foret ipſe, ſuapte creauit
S ponte, ſuapteq́; ui finxit tam materiam, quàm
F ormas, & tam corpora, quàm omni mole carentes
C orporea intellectus: ut, ni uis foret ipſi,
Q uæ bonitas, & ni prorſus foret infinita
T am bonitas, quàm uis: dubitari poſſet abundè,
M aiorem'ne creando oſtendiſſet bonitatem,
A n uim. ſicut enim bonitas, qua tot bona, cauſa
I pſorum ſolum ſint condita, maior habenda eſt,
Q uam quæ comprendi ualeat ſatis, & memorari:
S ic uis, ſiue potentia: qua tot mira creata
S int, & de nihilo penitus producta, ſuopte
E ffectu ſenſum ſuperant quemcunque putantis,
E t quamcunque aciem ſcrutantis. Cum nihil ergo
E ſſet adhuc, nondumq́; aliquid ſubſtantiæ agentis,
A ut exiſtentis foret: imprimis deus unà
C um cœlo, diſtinctos edidit intellectus.
I d cœlum, ſeu ſit ſolum intellectile, ſeu ſit

*C orporeum, sensu exemptum, & perceptile solo*
*I ntellectu, ex luce relata nomen adeptum est:*
*E t cum instar ignis nitidi splendescat: ab ignis*
*L uce uocatū est Empyrium: quod plane habitandū*
*P roductis statuit deus intellectibus. hi sunt*
*P uri intellectus sine corpore prorsus agentes:*
*Q ui tam naturæ sunt nobilitate creati*
*I nsignes, ut nulla queat natura putari*
*N obilior, propiorq́; deo. substantia simplex*
*E st horum, uita immortali prædita: cui nec*
*T empus, nec numerus motus aliquatenus obsit*
*C orrumpendo. boni sunt conditi, & obtinuere*
*C ognitionis acumen, & insignem rationis*
*V sum, tam munus diuinæ gratiæ habentes,*
*Q uàm pulchra dotati libertate uolendi:*
*Q ua possent operando bonum, rectéq; merendo,*
*D e bonitate dei pertingere gloriæ ad almum,*
*F œlicemq́; statum. Sed quæ ratione merendi*
*R ectè, libertas fuerat concessa, fuerunt,*
*Q ui male ea utentes, recto de tramite abirent:*
*A tque mererentur prauè. perstando beari*
*Q ui sic perfectè poterant, ut nulla beati*
*T urba status posset contingere: dum uoluere*
*I ura dei tentare, deiq́; quod esset, iniquè*
*A ppetere, & sibimet partes ascribere fastu*
*D iuinas: quæcunque status oblata beati,*
*P erfectiq́; fuit quærendi occasio, non tam*
*A misere sua noxa, quàm quicquid haberent*
*G ratiæ ope, omnino pessum misere. erat unus*
*O mnibus ex alijs præstantior, & ratione*

I nsignis tam formæ, quàm substantiæ adeptæ
N obilior: qui cum tanto mage semet amantem,
E t gratum præstare Deo deberet, ab ipso
Q uanto maiori merito se nosceret esse
A ffectum, prouectus eò fuit improbitatis,
A tque philautiæ, ut auderet sperare, quod esset
V nius, ipsiusq; Dei. cui quibat amando
H ærere, hærendoq; frui fœliciter: huius
D um nulla accepti meriti ratione habita, ius
V surpare studet: studioq; suopte beari
C onfidit se posse, miser fit prorsus, & atris
C orripitur tenebris: cum luce nitesceret, & cum
P ræcipuum munus potuisset gloriæ habere:
S i fastu indigno abstinuisset, & uberiori
P erfusus riuo diuinæ gratiæ, amorem
C oncepisset, uti meriti ratio, bonitasq;
S umma dei exegisset. iniquo proposito huius
P lurimi adhærentes unà cecidere, sibiq;
P erpetuum peperere malum, æternisq; tenebris
S e mersere. adeo potuit peruersa libido
V nius, ut plures corrumperet ordine ab omni
C orripiens aliquos. Quos deprensos sibi iniquos,
I nfensosq; Deus poterat, si fors uoluisset,
P erdere, & ad nihilum penitus deducere: uitam,
Q uam semel impendisset, eis auferre sua non
S ustinuit bonitate, sed esse, bonisq; potiri
N aturæ permisit eos, & nulla subire
D amna alia est passus, quàm quæ peccando sibimet
I psi conflassent: culpaq; sua peperissent,
S ese concepto fastu, factoq; ruentes

Defectu.

D efectu. pars uero maxima perstitit: & se
I n cultu, studioq; Dei seruauit, & insons
C ontinuit: quæ mox diuina gratia abundè
A ccedente, sibi tantum uirtutis amando
C ontraxit, tantumq; sibi constantiæ adepta est,
V t labi omnino non posset, uti potuisset
A nte. Dei uirtute, Deiq; fauore benigno
P romeruit tantum, atque adeo profecit: ut illis,
Q uæ suscepta bonis natura, & gratia haberet:
A ccedente Dei potiori gratia, acerui,
E t cumuli tantum adijceretur: ut amplius esset
N il, quo conditio, seu uita beatior edi,
C onstituiq; capessentis ratione ualeret.
Q ui cœlum produxit, cœlicolasq; creauit
I ntellectus corpore, materiaq; carentes,
O rdine naturæ potius, quàm temporis idem
M ateriam informem: de qua res uisilis omnis,
O mneq; corporeum, & subiectum sensibus, ortum
S umeret, effinxit: miroq; modo, & ratione
I gnota plasmauit. ut informis sit adepta
P rincipium moles, & cum minime foret, esse
C œperit, humanum captum fugit. intellectum
N on subit, in sensumq; minus cadit, ut rude, uastũ,
M iscellumq; chaos: de quo miracula rerum
T ot fuerint producta, tot eductæ species sint
C orporeæ: cum nil nisi inane foret, uacuumq;
T am ratione loci, quàm corporis: esse repente
C œperit, & subito productum emerserit ortu.
E t si materies erat hæc informis, & omni
P riua rei forma distinctæ: non tamen absque

P rorſus erat forma. formam cum corpore habebat:
S ed quæ nec ſpecie diſtincta , nec ordine quoquam
P rædita, tam fugeret uiſum, quàm cognitionem
A rceret. Non hæc perfecti corporis ullam
F ormam, non imperfecti,non ſimplicis in ſe
E xpreſſam, aut propriam referebat.ad omnia rerũ
C orpora formanda, ſpecieſq; potentia ad omnes
S emet habebat ſuſcipiendas. quicquid habebat
C orporis, id triplex dimenſio conſtituebat.
S ed qui conueniebat dimenſus ratione
T erminus, & corpus ſtatuebat, nil ſpeciei
C orporeæ cauſa, nil cuiuſquam ratione
E ffigiati conueniebat . materiæ iſti
T am cœli, quàm mundi inerat ſubſtantia, quanuis
R eſpectu cœli, propter ſolidam, ſtabilemq́;
F ormam, quæ foret ipſi ſuſcipienda, habuiſſe
C enſeri poſſit naturam aliam,& rationem.
S ic erat informis moles , confuſaq́; rerum
M ateries : ut Moſe tamen teſtante referret
T um terræ faciem cuiuſdam prorſus inanis,
E t uacuæ:tum quandã undantis imaginem Abiſſi.
E t ſi Hyle congeſta tenebat corporis omnis
S emina, & omnem tam aërij,æthereiq; elementi,
Q uàm cœli, & cuiuſque globi lucentis habebat
I n ſe materiam: tamen ob ſubſtantiæ aceruum
T erreæ,& hærentes denſa compagine aquarum
H umores nihil omnino ſplendoris agebat :
S ed tota obſcuris tenebris obſepta rigebat :
E t tetra facie tenebrarum , ambageq́; cæca
F uſa tenebatur . Cum ſe moles ita haberet ,

V t lucem nondum contingeret esse redactam
A d formam, aut actum: de quo se proferat omnis
L ucendi ratio: non mirum, si, quod inesset
M ateriæ semen lucis, minus elucebat:
E t nullo penitus radiabat lumine. nanque
C um priuatio sit, quæ facta potentiam ad actum
D ucat, & ad formæ rationem constituendæ
A ttineat: mirum nulla ratione uideri
D ebet, si tenebris obsessa nigrentibus Hyle
V im lucis nihilominus insertam sibi haberet
E dendæ, & prodendi materiale teneret
P rincipium splendoris. habere potentia, & actus
Q uendam consensum sic comperiuntur, ut actus
E ducatur præcedente potentia: & actum
P ræuertat substrata potentia: sic tamen, ut quod
N on esset, quiret tamen esse, potentia in actum
D educta, prorumpat, & extra se ferat: & se
D iuersa specie, quàm qua foret in ratione
M ateriæ, ostendens aliud se prodat, & edat.
V t chymus, seu materies concocti alimenti
S ese habet ad partes similares corporis, atque
D issimilares ui naturæ conficiendas:
A c aliam omnino speciem, quàm quæ foret ante,
A dmittit: sic segne chaos, congestaq́; rerum
M ateries sese ad partes, seu corpora mundi,
E t cœli efficienda, alia se prorsus habebat
S ub specie. prout embrio ad humani capiendam
C orporis effigiem se præstat, & exhibet artus
A d quoscunque habilē effingendos corporis: & cū
M ole rudi constet massa compactus inerti,

A d sensus tamen, & uitam se præbet habendam
A ptum, & paulatim ex massa uitalis inerti
F it fœtus: sic materies primæua, chaosq́;
C ongestum ad cuiusque rei effictum capiendum
S e præbebat, & ad quæcunque ferenda habilem se
C orpora præstabat: sensumq́; admittere, siue
V itam, distinctis uarijs formis animantum,
A ptum, mirifica sese ratione ferebat.
H uic massæ informi, quæ tam sicci ratione
T erram, q̄ causa humidi aquas referebat, habens se
I nstar cuiusdam densi humoris, liquidiq́;
L imi, inerat patiens uis, qua formis capiendis
R erum corporeis erat apta, & idonea. sed uis,
Q uæ plasmarat, agens diuina astabat, eiq́;
S e super indebat mira ratione ferens se.
S icut enim præstans opifex, agilisq́; magister
F ingendi, quam cogitat in uarias animantum,
A ut rerum effigies massam conuertere, ei se
P ræsentem præstat: studioq́; incumbit, & artem
S edulò molitur: ita uis diuina, Deiq́;
S piritus informem massam in uarias uersurus,
A tque redacturus species, & corpora rerum,
V iuentumq́;, operi instabat, seseq́; ferebat
P ræsentem, & summo studio se promptus agebat.
H ic erat æterno procedens spiritus actu,
T am de substanti natura, quàm sapienti
M ente Dei: qui cum summam uirtutem operandi
C ontineat: specimenq́; omnis comprendat amoris,
Q uicquid agit, tam mirificum testatur amorem:

Q uam ſummum culmen uirtutis comprobat. huius
O fficio perfecta Dei ſic editur, atque
E xeritur uirtus: ut cum primis tamen ingens,
E t perfectus amor compareat, atque pateſcat.
S piritus iſte Dei eſt bonitas immenſa, Deiq́;
I nfinitus amor: quo ſe fundente creatur,
S uſtentatur, agit ſubſtantia quælibet: & quo
A ſpirante uigor naturæ, uita animanti,
V is rebus, uirtusq́; datur. Quocunque refert ſe
S piritus hic, etſi generaliter omnia complet:
S ecum tam patris, quàm fili munera defert:
N ec minus oſtendit ſeſe uirtute potentem,
Q uam ſapientia abundantem. nil perficit, & nil
E xequitur ſummi perfecta potentia patris,
C ui non accedat, cui non aſpiret agendo
S piritus iſte. nihil nati ſapientia tentat,
M olitur, peragit: quod non communicet huius
C um uirtute. nihil tam natus, quàm pater unquã
E fficiunt, uel agunt, quantum tamen attinet ad res
E xternas, quod non communibus huius agatur
A uſpicijs. quin hoc diuino ſpiritu agente
E ſt pater omnipotens uſus: cum uirginis aluo
N atum cauſa hominis ſeruandi aſſumere formam
H umanam uoluit. ſunt nulla chariſmata, quæ non
S piritus hic ſecum referat. ſunt munera nulla,
N ullaq́; dona Dei: quæ non diſpenſet hic idem
S piritus. huius enim contingit munere, ut horror
H umanis animis incuſſus ſuſcitet, atque
C ommoueat curam, ac ſtudium cultus, & honoris
D iuini. ut pietate, & relligione caleſcat

M ens humana, nihilq; admittat, quod queat esse
T am propriæ, quàm diuinæ aduersum rationi,
E st huius proprium munus: cuius quoque dono
E fficitur, ne quod cum consilio, & ratione
S it susceptum, dimittatur, sed teneatur
F orti animo, & constanti proposito foueatur.
Q uòd res officio rationis, & intellectus
P ercipiantur, & indagando scientia rerum
Q uæratur, sacri succedit pneumatis huius
A uspicijs. huius diuini flaminis æquè
A fflatu fit, ut humanas sapientia mentes
I llustret: doceatq; uiam tam sancta operandi,
Q uàm cognoscendi diuina. O, spiritus hic me
O ccupet, arripiatq;. mihi bone, sancte, potensq;
S piritus aspira, & pleno mea uota fauore
P rosequere. hanc sacris uirtutibus imbue mentem,
M uneribusq; tuis dona: quibus instituatur,
F ormeturq; satis. Sic larga scientia pectus,
S ic uber animum subeat sapientia: ut ausis
S altem ex parte aliqua respondeat ipsa facultas:
E t quæ difficilis prouincia cœpta, capessat
S uccessum, qui prosit, & utilitate redundet.
T u potes infantes tereti sermone disertos
R eddere, & ignaros mira ratione scientes.
T u uitium linguis adimis. tu pectora cæca
I llustras, animosq; doces arcana. rudes tu
E rudis, & dulci instituis sapientia agrestes.
T u Syrios homines cymbas impellere remis
A ssuetos, & nauigijs incumbere agendis
P er mare piscando, tam fandi copia abundè

D itasti, quàm mirifica uirtute docendi
D onasti. qui non animi minus arte carebant
I ngenua, quàm naturæ ruditate rigebant
I nsigni, ad tantum culmen uirtutis, & artis
D uxisti, ut non tam promendo mira, stuporem
I ngererent, quàm uim suadendi, siue docendi
M aximã, & oblatã quocunque ex tẽpore haberent.
S i me nascendi causa tibi debeo: si sum
I ure renascendi tuus: accipe me quoque, meq́;
N umine suffulci propiori: &, qui hactenus æquor
N aturæ undosum cymba rationis, & arte
R emigij tentaui, expiscandoq́; sagenam
P ertusam, fragilemq́; in prædam cognitionis
I actaui: ad meliora tuo me munere deduc:
D aq́; tuo perfusum numine tam sapienter
M e sentire, loqui quàm mira, quibus moueantur,
A tque inducantur, qui nati: ut, si ratione
D untaxat signi contingeret esse renatos,
R e, uereq́; renascantur tuo amore medullis
C orrepto, & diuina animis charitate recepta.
S i seruandi hominis nulla est occasio, nulla
S uppetit ansa tuo sine numine, nostraq́; de te
C oncipitur, pendetq́; salus: cum sis bonitatis
F ons, & amoris, & omni munificentiæ abundes
V bertate: nihil plane est, cur irrita uota
N ostra sinas: eiusq́; preces succedere inanes
P ermittas: qui te studet aspirante, tuoq́;
N umine succurrente, pio correptus, & actus
V oto tam seruari, quàm seruare. prout tu
L ucem eduxisti tenebris: & corpora rerum

E x massa informi formasti: sic mihi lucem
A motis tenebris affer: sic me ruditate
D iscussa informa: ut ualeam scribendo, quod opto
P ræstare, & digno complecti carmine mira,
E t speciosa tuæ uirtutis munera, qua tam
V sus es in rerum formandis corporibus, quàm
I n distinguendo à cæcis splendore tenebris.
C um foret ergo chaos tetrum, tenebrosáq; rerum
C ongeries, unóque globo, massáque uicissim
O mnia naturæ fluitarent semina: séque
C orpora terrifico rerum indigesta tumultu,
M iscerent; sonitúque ingenti, horroréque uasto
M ista uolutarent: & nullo se ordine haberent:
E ximius bonitate deus, sceptróque potenti
E xcellens, cæca passim caligine sese
F undente, & fusco tenebrarum horrore uagante,
C ompressis tenebris lucem mandauit oriri:
E t pulchri faciem rutilantem luminis edi.
N am cum tota nigris fusceret massa tenebris,
E t teter informem perfunderet horror Abyssum:
N on aliter Deus omnipotens, opifexq; benignus
S piritus è tenebris fecit prorumpere lucem:
Q uàm soleat, siquid modo naturalia fas sit
D iuinis conferre; leui, calidóque uapore
C onscendente statim collisis nubibus ignis
L ucidus è nigro noctis prorumpere uultu.
M utuo concussis saxis prout emicat ignis,
E t lumen de corporibus prorumpit opacis:
E t naturalis causa uirtutis, ab atræ
C orpore materiæ subitò lux ignea prodit:

N on secus artificis suprema potentia summi,
S ummáque diuini uirtus, & energia plastis,
E x rudis obscuro, & tenebroso molis aceruo
E licuit lucem, lucemq; emergere fecit.
S i prout attestata fuit græcana uetustas,
C ùm non ullus adhuc ignis mortalibus usus
E sset, & in syluis homines de more ferarum
V itam agerent, ramis uehementi flamine uenti
A rboreis unà incussis, crebróque citatu
I llisis, ortu subito emicuisse putatur
I gnis, & umbrosum nemus illustrasse corusco
L umine, materia ligni conceptus, & atris
E ductus densi nemoris de frondibus: ultra
Q uid mirum fuerit: si sese spiritu agente
D iuino, & fundente Dei se flamine, lux sit
E dita, & ex massæ tenebroso corpore lumen
E xpressum? quicquid fieri, & contingere agente
N atura spectamus, eo, qui condidit ipsam
N aturam mandante, & agente, fuisse aliquando
E ffectum: tam nil mirum, dubiumq; uideri
D ebet, ut insciti nimis, & præposteri habendum
S it hominis, sentire aliter, uel credere. nam quod
N atura fieri compertum prorsus habetur,
I d uirtute Dei, qui tam naturæ operanti
V im tribuit, quàm naturam ipsam protulit, actum
M irari, non fortè minoris ineptiæ erit, quàm
I mpietatis. uti factum uirtute Dei, quod
N atura fieri deprendimus, admirari
N on debemus: ita æquo animo nos ferre decet, si,
S icut naturæ super hac re uimq;, modumq;

N escimus, diuini æquè facti rationem,
S iue modum non percipiamus. propter agentis
V irtutem, quam scrutatu comprendere nullo
P ossumus, & nulla nostra ratione ualemus
M etiri, & propter natiuis semina rerum
P rincipijs absconsa, & semineas rationes
M aterijs, rebusque latenti conditione
I niectas, fit, ut ulla rei productio tum ui
D iuina, tum opera naturæ facta, sat esse
C ognita non possit: quæ quanuis facta patescat,
Q uo tamen accessu, & quonam sit facta tenore,
E t quo priuandi motu, uirtuteque formam
C eperit: apprendi nequaquam posse uidetur.
L ucem igitur Deus à tenebris distinxit, & atra
S ic de materia lumen contraxit: ut ipse
M utando formam inferret, lucemq; crearet,
Q uæ nondum fuerat: quanuis, ratione potentis
S umere materiæ formas quascunque, fuisse
I n massa, uel mole rudi censenda sit. est sic
D iuina eductæ lucis distinctio nobis
A ccipienda: ut supplodatur opinio, siue
S ensus Anaxagoræ. quænam fuerit species, uel
F orma recens lucis productæ, corpore solis
N ondum compacto, nondum cœlestibus astris
E ductis, etsi mihi diffinire uidetur
D ifficile, & multa labyrinthi ambage refertum,
T am propter lucis, quæ nunc sunt, corpora necdum
C ondita, quàm propter regiones aëris, in quo
S ese lumen habet, nondum de mole redactas
A d formam: tamen abiecta, quæ posset oriri

E x conſumato mundi, rerumq́; tenore,
A nſa argutandi, ſolumq́; habita ratione
D iuinæ uirtutis, & immenſæ, atque carentis
F ine poteſtatis, qua cuncta creata fuere,
E t plaſmata; nihil ducens huiuſmodi ademptum
E ſſe poteſtati, quod non queat effici, opinor
C um ſacris interpretibus, doctiſq́; magiſtris
R elligionis, eam lucem, quæ facta fuiſſe
F ertur, & à tenebris ſecreta, habuiſſe nitorem,
S plendoremq́;, licet nondum in ſolare aliquod, uel
S idereum corpus foret afformata. Quod aſtris,
E t ſoli lumen nunc funditur aëre, corpus
L uciferum, de quo tam ſol formandus erat, quàm
S idera, fundebat per inane potentia habens ſe
A ëris adformam, & per materiam generandi
A ëris appoſitam. de quo lux corpore ſeſe
F undebat, ſeu quinta fuit ſubſtantia, ſiue
A etheriam rationem habuit, ſe ſolis habebat
I nſtar, & illuſtri facie, pulchroq́; nitebat
L umine: ſeq́; uelut corpus ſolare ciebat:
E t motu ſe compoſito referebat in orbem:
E t quanuis ipſi ſoli, cui purior inde,
E t potior forma uirtus acceſſit adepta,
A equam uim minime retineret: habebat eadem
S eſe lege tamen, tam luminis emittendi
C auſa, quàm motus in circuitum peragendi.
H æc nanque illuſtris moles ſubſtantia ſolis
C um foret edendi, ſoli'que addicta futuro
M ateries eſſet, lucem mittebat, & æſtum
N on alia ſpecie, quanuis uirtute minori,

Q uàm ſol emittat. nam uis actiua caloris,
E t lucis, quam ſol, uel ſidera ſingillatim
A d certos rerum effectus cenſentur habere,
H uic moli generaliter, & quadam ratione
C ommuni, fuſáque inerat. præſcripta ferendis
D iſcrete nullis, ſeſe præbebat ad omnes
E ffectus pariter. quæcunque potentia, uiſq;
E ſt ſoli lucis cauſa, cauſa'que caloris
I n uarijs, certiſq; ſigillatim efficiendis,
H uic aderat quadam indefinita ratione,
S iue modo: quo non tendebat ad efficiendum
Q uidquam præſcripti fœtus, uel particularis
N aturæ: ſed uergebat quodam generali
S emineo ad producendam quancunque caloris,
A c lucis ſpeciem: de qua ſe funderet inde
V irtus ad quoſcunque edendos particulatim
N aturæ effectus. erat hoc ex corpore, ſolis
O rbis, & aſtrorum candentia corpora demum
C onficienda. nihil non luminis, atque caloris,
Q uod foret ex ſole, aut aſtris ad conſtituendos
N aturæ partus fluxurum, à luce uigorem
H ac erat acturum: & de huius ratione caloris
V im ſuſcepturum. O' præclarum munus apertæ
L ucis, & eductæ: quæ non ſolum generandis
R ebus abundantem cauſam foret allatura,
S ed genitis eſſet etiam fomenta tuendis
S uffectura. quis amplecti ſe fideret unquam
P oſſe ſatis ſcribendo huius miracula lucis,
E t lucis ſpecioſa huius, diuináque dona?
H æc eſt, quæ uirtute Dei confecta, manúque

*C ondita diuina : quæ non ſolum inſpiciendam*
*S e pulchro aſpectu præbet, uiſúque uidendam*
*I ucundo : ſed quæq; etiam iucunda uideri*
*E fficit, & uiſu dat ſingula quæq; parato*
*S pectari. quin tam magni ſunt munera lucis*
*H uius momenti: ut quadam ratione putetur*
*A d reliquos, præter uiſum, ſpectare parandos*
*S enſus. quod rerum uideantur corpora, quod res*
*V iſum, uel ſenſum ſubeant, lux efficit. at dum*
*L uce fit, ut ſenſu apprendatur ſenſile: cum ſe*
*N otio de ſenſu traducat ad intellectum,*
*M unere ſuccedit lucis, lucisq; fauore*
*E uenit, ut ſubeat mentem intellectile. quo fit,*
*V t ſenſus, intellectusq; operatio luci*
*D ebeat aſcribi : & tam quod capit intellectus,*
*Q uam quod percipitur ſenſu, acceptum referendũ*
*S it penitus luci. lux candida, pulchra, nitens'que:*
*Q uæ dum ſe placidam, & iucũdam ſenſibus offert,*
*A c ipſos, rerum oſtendendo corpora, ſenſus*
*E rudit, in cauſa eſt ut mens intelligat, atque*
*I ntellectus agat : licet id munus referendum*
*A d lucem ſit eam potius, cuius typus hæc eſt.*
*H æc typus eſt eius lucis : quæ continet in ſe*
*O mnem intellectus rationem; omnem'que tenorem*
*S piritualis conceptus complectitur : &, cum*
*T am ſit ueri omnis, quàm omnis ſapientiæ origo,*
*N on minus ad ueri ſe præſtat cognitionem*
*P ræſtandam, quàm fundendum ſapientiæ acumen.*
*L ux uelut hæc ſubiecta oculis de corpore manat,*

E t ſe præcipuè ad ſenſus accommodat : atque
C orporeis propriè ſe præſtat ſignificandis :
S ic incorporeis , hæc altera corporis expers ,
E t nullo ducens ortum de corpore, rebus
N oſcendis cauſam præbet . nam luminat omnem
H æc intellectum . nihil intellectile tam non
S ubſiſtit , quàm non intelligitur ſine lucis
H uius ope, ac uirtute. ſuæ uirtutis in omnem
T am uitam, quàm intellectum lux iſta potentes
I mmittit radios : quæ cum manifeſtet, & edat :
Q uod ſciri expediat : quorumq; ſcientia haberi
D igna ſit imprimis : merito lux uera uocanda eſt
E t cenſenda, typum cuius gerat, & uelut umbra
Q uandam prætendat: quæ ſenſus perficit : & qu
S enſu percipitur lux . ſi typus , umbráq; ueræ
L ucis habet tantum momenti in perficiendo,
E t delectando , ut non ſolum ducat in actum
S enſum , & delectet, ſed ſenſu etiam intellectu
I nformet : quantam de uera luce putandum eſt
V im delectandi , uel perficiendi orituram
E ſſe, frui ſi detur ea, & ſpectando potiri ?
O mihi contingat, lucem ſpectare aliquando
H anc puram, & nulla miſcendam nube. quouſq
V iuitur hic nobis , utinam lux myſtica ſic cor
V itali afficiat, circunfundatq; calore,
S ic animum illuſtret, mentemq; illuminet, ut mo
C um nulla obſtiterit caligo corporis , ipſam
S umere pleno hauſtu, totoq; haurire queamus
O btutu. Affulgere mihi ſic expeto lucis
H uius diuinæ radios: ut fuſca relinquens,

t mundi tenebras uitans ineam rationem
itæ, qua poſſim, ſimulac exire theatro
oc uano acciderit, perfecto munere lucis
iuſdem perfundi, perpetuoq́; beari.
icut enim eſt huius lucis, compage caduca
orporis incluſis animis immittere pulchros,
tque ſalutares radios: ita tota, peracta
itæ mortalis ratione, beatio puris
ontingens animis, eiuſdem munere lucis
onſtat, & in luce omnino conſiſtit eadem.
ancta, ſalutaris, cunctiſ'que referta bonis lux,
uæ ſummo æterna geneſi coniuncta parenti,
am uim uiuificandi animos, quàm iura beandi
ola tenes, noſtræ fœlix illabere menti,
t uirtute tua ſic me, dum carcere tetro
oc teneor; muni, illuſtraq́;: ut denique poſſim,
e contenta acie ſpeculando, & amando beari.
ux pia, lux'que potens, cuius uirtute ſcientes,
œliceſq́; animi fiunt, cuiuſq́; nitenti
ampade, & illuſtri nimium ſplendore fit, ut tam
ingula per ſpecies, quàm per primi rationem
rincipij agnoſcat, agnoſcendoq́; beetur
umma creaturæ ſubſtantia: pectoris huius
iſcute iam tandem tenebras, & ſolue rigorem.
e, quæſo, patiare tui ſplendoris, & æſtus
xpertem, cuius cauſa te nouimus olim
uxiſſe in tenebris, tenebraſq́; petiſſe, tametſi
on exhauſta ipſis, non intellecta fuiſti
tenebris. lux alma meæ ſpes unica uitæ,
e mihi per dubij, uaſtiq́; pericula ponti

D ucenti cymbam uitæ : fluctusq; marinos,
D ifficilésque sinus mundi uersatilis huius
S ulcanti, ex alto propone ducem, nitidóque
T e iubare ostenta : atque tuo mihi sideris igne
S ic adsis, faueásque monens, & uota secundans,
V t ualeam portum, quem tento, subire salutis,
A tque tuis ad te auspicijs accedere possim.
Q uæ ualida uirtute Dei lux condita, quæq;
L ucida materies, & raro corpore constans,
À tenebris, seu corporibus densedine pressa
O bscuris, fuerat secreta : uoluta per orbem,
C ircuitúmque, relinquebat, qua parte graui, seu
D ensæ materiæ se subducebat, opacam,
E t fuscam faciem. nam quatenus acta per orbem
S e mediæ moli lux subducebat : opaca
M olis erat facies. tenebras absentia lucis
I nducebat, & ut tenebrosæ quámque petebat
L ux molis faciem, sic illustrabat ; ut ipsa
D estituente, nihil moli succederet, ex quo
C onstarent tenebræ : quarum substantia nulla est,
N ulláque natura, est lux, quæ de corpore sese
I llustri referens, corpus natura alioqui
O bscurum, tetrúmque suapte, nitescere uultu
E fficit : atque suo reddit splendore coruscum:
Q uatenus ipsius ratio, naturáque perfert:
E t rari, densiq; sinit substantia. iam lux
C ircunducta rudem molem, massámq; iacentem
I n medio celeri motu lustrauerat, & iam
V nde creata pedem dimorat, eò referens se
M ateriæ faciem totius obiuerat : & sic

Alterno

A *lterno totam massam perfuderat igne:*
V *t pars nulla foret, quæ non perfusa fuisset*
S *plendore, & nigra noctis caligine pressa*
M *utata uice. nam qua se lux candida agebat,*
*llustri splendore diem pariebat : & unde*
P *rodibat digressa, tetra caligine se nox*
F *undebat : quo nimirum factum fuit, ut tum*
L *uce nitor præsente actus, tum absente tenebræ*
I *nductæ conflarent, conficerentq; diem, qui*
C *onstaret toto progressu lucis in orbem.*
E *t tam nocturnas tenebras, quàm lumen haberet.*
N *am naturalis hæc est compago diei,*
Q *uæ, seu principium rerum, molemq; creatam,*
D *e qua prima potest ratio prodire uideri*
T *emporis, & cœpti quædam successio motus,*
S *pectemus, seu perpendamus luminis ortum,*
E *t lucis motum eductæ, noctem sibi primò*
V *endicat, inde diem. nam quæ facies tenebrosa*
M *olis erat, nondum producta luce tenebat*
N *octis naturam, noctem referebat. ut ergo*
D *ebeat interea nox in ratione diei*
C *ensenda naturalis præcedere lumen:*
M *ateriæ suadet facies tenebrosa creatæ.*
Q *uin etiam, si compositi censendo diei*
C *ompagem, ad lucem duntaxat respiciamus:*
E *t solum ex lucis motu rationem ineamus*
T *emporis : est etiam, cur non ab re uideatur*
I *n percensenda serie, & ratione diei*
N *ox præponenda, & noctis facienda prius, quàm*
L *ucis mentio . Nam si tempus cœpit ab ortu*

L ucis, & à motu productæ lucis adeptum est
P rincipium : non antè dies existere cœpit,
Q uàm nox: quandoquidē quod tēpus cœpit ab ortu,
E t motu lucis, iubaris ratione diurni,
S e per dimidium massæ duntaxat habentis,
R espectu noctis reliqua se parte tenentis
M olis, idem tempus momento cœpit eodem.
S ed cum nox communem, contiguamq; teneret
C um primis massæ tenebris faciem, & rationem :
N on fuit absurdum in statuendo tempore, siue
O rdine temporeo, primas deferre tenebris,
S eu nocti partes; quod sanè Aegiptus, uti quæ
À Mose, & priscis ritum suscepit Apellis,
O bseruauit ab occasu solis, tenebrisq;
N octis principium, seriemq; trahendo diei.
S cnsilium, & labentis ad interitum naturæ
C ausa, tempus habere locum deprenditur: &, cum
S uccessu quodam constet, numeroq; mouendi,
A c immutandi : duntaxat respicit illa,
Q uæ naturali se conditione moueri
A tque immutari patiuntur. non foret ullum
T emporis, aut æui spatium, nisi quæ paterentur
M otum, res essent. quodcunque potentiæ, & actus
P articipem retinet naturam, uel rationem :
A gnoscit tempus : licet agnoscat ratione
D iuersa, atque alia, quod nititur intellectu,
A c obitum nescit : quàm quod mortale, fugaxq;,
C orpus habet. uerum, qui solo nititur actu
I ntellectus agens, & sic existit, ut unus
S it, qui sit: nulli est addictu tempori, & æuo:

E t si tam tempus condit, quàm conficit æuum :
C unctorum, quæ sunt, cum sit primaria causa.
S ic Deus instituit rationem temporis, & sic
O rdine disposuit constanti tempus, ut omne
I n naturalis formam, speciemq; diei
C ontraheret, qui tam noctis, quàm luminis, orbis
L ustrati causa; quamuis de lucis eodem
P rocessu flueret: faciem tamen, atque tenorem
A lternis uicibus comprenderet, atque teneret.
L uminis, & noctis hæc alternatio quanto
C onsilio, quantáq; Dei sit facta pronœa:
D emonstrare potest tum frigoris, atque caloris
T emperies: qua tam uitæ ratio generandæ,
Q uàm conseruandæ constat: tum grata quietis,
E t motus successio, qua pollentia sensu
I n uita seruari animantia comperiuntur.
S ensilis ut sese possit natura tueri
I n uita, partimq; quiescendo recreare,
E t partim uitæ quærendo commoda agendæ
S ustentare: Dei bonitate, Deiq; potenti
C onsilio, uicibus noctis, lucisq; statutis
C ompactum est tempus. quo singula quæque uigore
S ensifico dotata, trahendæ munera uitæ
O pportuna magis, uel conducentia haberent,
S ic est compositum tempus, sic temporis ordo
C onditus: ut facie tenebrarum, & nocte per orbem
S e fundente, quies animantibus exigeretur:
E t placidam fuso per inertia membra sopore
P erciperent requiem sensata animantia: & ut se
L umine per terras fundente eadem traherentur,

I nuitarenturq́; animantia ad expedienda
P rocurandáq; munera, queis uitæ ſit agendæ
P rorſus opus: quorumq́; uſus, ſeu perſpiciendi,
S iue exercendi rationem habeant, penitus ſit
E x traducendæ uitæ ratione neceſſus.
L ux igitur iam circuitu reuoluta ſuperno,
M agnum continuo motu confecerat orbem:
E t iam prorſus eò, unde receſſerat orta, relata
A lterna uice materiæ luſtrarat utranque
C ongeſtæ faciem: & coniuncta nocte nitori,
M ateriæ ratione, diem concluſerat unum,
S ic unum lux acta diem concluſerat: ut qui
D einde ſecuturi plures, eſſent rationis
E iuſdem, ſpacioq́; pari ſe ſemper haberent:
E t licet imparibus uariarent luminis, atque
N octis curriculis, tamen unius ordinis eſſent,
E t ſpacij: primiq́; ſequentes conditionem,
T empus idem caperent, conſtarentq́; ordine eodem.
Q uæ fuerit diuina creatio tempore prima:
Q uæq́; die primo fuerint producta potenti,
M unificáq; Dei bonitate, patere ſatis iam
D ucimus, & pleno remur conſtare tenore.
I dcirco memorare die confecta ſecundo
E xpedit, ad rerumq́; alios procedere partus.

# IVNIORIS LVDOVICI PARISETI REGIENSIS AD VARIVM TOLOMAEVM FRATREM THEOPOEIAE.

## LIBER SECVNDVS.



ON ignoro Vari Tolomæe fuisse sacrorum
Scriptorum quosdam : qui de ratio ne dierum
Distincta, & rerum productarum uariato
T empore longè aliter, quàm tradere nos uideamur,
S int arbitrati : quorum commenta tametsi
S int pia, & ingenio multum deprompta sagaci :
C um tamen à scripti sensu, uerbisq; prophetæ
L ongius abscedant, quàm conueniat rationi
L egitimi glossematis, exquisita uidentur
E sse nimis, nimis exacto conflata labore.
N am nimis inuentu subtile, nimisq; remotum
A' scripti ratione, die sentire referri
N otitiam, quæ de rebus, causisq; creatæ
N aturæ, Angelicis sit spiritibus uariata,
E t distincta, prout rerum natura uidetur
I psa pati, uarijs æquè distincta uicissim,
E t diuersa modis. tam non sententia quadrat
H æc uerbis : tam nil omnino pertinet ad rem :
V t non fortè minus constet ratione relati

O rdinis, & distinctæ rerum cognitionis,
Q uàm numeri, & comprensæ sex ambage dierum
N otitiæ Angelicæ. pariter sententia, qua lux
C orporea asseritur positis signata diebus,
Q uatenus in rerum se corpora fundit, agitq;
D iuersa ratione: prout diuersa capessit
I psarum rerum natura: nihil magis aptum
C onueniensq; uidetur habere, habita ratione
T am numeri ascripti, quàm dispositæ seriei.
Q uis lucis munus diffundi in corpora rerum
S ex gradibus, uicibusq; putet solummodo? nec res
A ut rerum species: quæ tot modo comperiuntur
D istinctæ numero, lucis non esse capaces
P luribus ordinibus, quàm sex? quis nesciat ultra,
A ut non prospiciat, quam plurima, quæ memoratur
V no, eodemq; die producta, admittere lucis
F omentum uaria ratione, graduq; uicissim
D istanti, ac ipsa differre capedine? nam si
Distinctus rerum, & productio principiorum
A ttendatur, eodem formatum inuenietur
E sse die, quod mutat, & alterat, immutari
I gnorans, & quod mutat mutabile: cum quæ
S int patiendi, & agendi conditione, licet ui
D istanti, coniuncta, duorum comperiantur
C urriculo distincta esse, & producta dierum.
S in autem ratio ornatus habeatur, & unà
E xcutiantur tam uitarum conditiones,
Q uàm species animãtũ, ansa, & dubio procul omni
D eprendentur eodem plura die generata:
Q uæ specie constet ualde differre: duorum

V erò dierum curriculo producta referri,
Q uæ uitæ genere, aut animæ ratione patescat
H aud quaquam differre. potest rationibns istis
A pparere satis, quàm possit congruè, & aptè
A d lucis uel corporeæ, uel spiritualis
F omentum, captum'ue referri, quisquis habetur
O rdo dierum sex à Mose relatus, & orbi
C ondendo, rebusq; Dei uirtute creandis
P ræscriptus. fuit hic ordo uerus, penitusq;
S eruatus. nec diuum hominem ratione putandū est
V lla mentitum scripto super hocce dierum
O rdine. Quin potius credendum errare, satisq;
F alli, qui diuertentes de tramite scripti,
E t de uerborum propria ratione abeuntes,
N on scriptum explanare, sed expilare uideri
P ossunt, & quasdam, quantum tamen ad rationē
A ttinet explanandi, conformare Chymeras.
S ed cum huiuscemodi fuerint homines pietate
N on minus insignes, quàm præstantes, celebresq;
D octrina, & bene sint meriti de relligione:
E t tam scribendo, quàm uiuendo speciosa
E diderint monumenta suæ uirtutis: haberi
D ebent in cultu: nec quicquam offendiculi de
I llis cócipiendum est, quandoquidem nihil actum,
A ut scriptum est ipsis, nisi proposito pietatis,
A ut desiderio dininæ relligionis
A ugendæ. nam cum Mosis monumenta creatum
M undum, & principium mundi testantia, Momis
G ræcorum aspicerent rodi, grauiterq; lacessi,
P ræsertim discreti temporis, atque dierum

C enſiti numeri cauſa: quibus edita rerum
D icatur ſeries, mundiq́; creatio facta:
M ordaces uitare ſales, obiecta cauilla
S uffugere optantes, animo ſtuduere pienti,
S i fieri poſſet aliquatenus improbitati
A c incredulitati occurrere. qua ratione
V erborum, & ſcripti ſerie, ſenſuq́; relicto
C urarunt ſenſus excerpere: qui facerent rem
C redibilem magis, expoſitamq́; minus ſciolorum
O biectis, cum fortè incredula philoſophantum
S ecta redargueret, derideretq́; prophetam,
Q uatenus aſſereret nõ ſolum in tempore mundum
P roductum, ſed tractu etiam accedente, moraq́;
T emporis effectum, tanquàm ſi conditor eius
H umani artificis ſe inſtar cuiuſpiam haberet:
Q ui pro debilitate poteſtatis ſupereſſe
P luribus efficiendis non poſſet, niſi longa
A ccedente mora, uel temporis interuallo
A diecto. ne uirtuti quid detraheretur
D iuinæ: ne debilis eſſe potentia poſſet
P acto aliquo argumentari diuina, tenorem
T emporis, & numerum procurauere dierum
A uferre, ac exponendo transferre aliorſum,
V nde minus lædi poſſet diuina poteſtas,
E t quæ ſcripſiſſet Moſes, conſtaret amuſſim
R eſpondere Dei uirtuti ſignificandæ:
A c ex parte omni conducere. quatenus horum
C onatus tendebat eò, ut compeſcere Momos,
O btrectatorumq́; obiecta retundere poſſent:
A c incredulitati hominum explanando mederi:

A pprobo, & egregia factum agnosco pietate.
S ed quod tentarint, quantum fœliciter illis
C esserit: & quantum fidei contraxerit, atque
S uffragi hæc ratio exponendi; iuditium sit
Q uoruncunque: mihi uero non admodum habetur
A pta, nec opportuna rei, quam spectat, agendæ
P ræstandæ'ue. nihil fidei minus arbitror aptum
C onciliandæ, quàm quod habet nullam rationem
C oniunctam cum re: de qua ten tetur iniri,
C aptari'ue fides. uix dignum est credere Momis
P osse refellendis quicquam prodesse: quod ansam
P ræbeat obiectis, & quod ratione alieni,
E xtrariq; habitus tam nil uideatur habere
A ppositum, cui indatur, ut insigni ratione
D istet, & ad speciem nihil attineat referendam.
A d confirmandam scriptoris traditionem,
Q uærendamq́; fidem scriptori, nil minus aptum,
C onueniensq́; fuit, quàm scripto excedere, deq́;
S criptoris sensu claro diuertere. si quo
F orte modo liceat scripto decedere: multo
A ptius, atque rei, quæ tractaretur, agendæ
C ommodius fuerat numerum transferre dierum,
D istinctosq́; referre dies ad cognitionem,
Q uæ de diuina natura posset haberi,
C ompeteretq́; homini, dum uiuitur hic, ubi propter
C orporeum sensum, & crassam caliginis umbram
C orporeæ nequeat satis intellectus abundè
P ercipere, & iunctas aliqua cum luce tenebras
P ercipiendo habeat. species, & corpora rerum
S ensu homini percepta uiam sternunt, reserantq́;

I ntellectui ad accipienda incorporea: atque
S ufficiunt aditum ad diuina ex parte uidenda
P ercipiendaq́;, quæ ſanè perceptio, ſiue
V iſio, cum de ſenſu oriatur, & imperfecta
S e ratione habeat, partim conſtare tenebris,
P artim luce, diei inſtar non quibit ineptè
C enſeri, diciq́;. Deus, diuinaq́; rerum
N atura, humano quæ non perceptilis ullo
S enſu, per res corporeas, perceptaq́; ſenſu
C orpora ſic transfertur ad intellectum, aciemq́;
M entis percipienda, ut ſit tamen ipſa putanda
D ebilis, & tenuis perceptio, luce refulgens,
Q uatenus abſtractis de corporibus ſpeciebus
E ditur, at noctem referens, tenebrisq́; referta,
Q uatenus à ſenſu penitus non ipſa reſolui,
A bduciq́; poteſt. licet hæc abſurda uideri
N on poſſet fortaſſe dierum acceptio, nec ſe
I nconcinne adeò reſpectu ſymboli habere,
T otiusq́; typi cauſa: tamen abſcedendum
I dcirco à uerbis non arbitror eſſe prophetæ:
Q ui tam prorſus abeſt, ut quid perſcripſerit, atque
T radiderit, quod oporteat inuerti, facieq́;
M utari: quo cauſa Dei, aut diuina poteſtas
N obilior compareat, ut quæcunque dierum
A ſſeritur diſtinctio, non ſpecimen mediocre,
N on argumentum ſit debile ſignificandæ,
M onſtrandæq́; poteſtatis diuinæ: & abundè
C onferat ad fidei rationem conciliandæ,
Q uerendæq́; Dei facto, rebusq́; creatis.
N am quanam poſſet melius ratione probari,

O stendiq; Dei præstans, ingensq; potestas:
Q uàm sic distinctis describi cuncta diebus
C ondita: ut ex ortu constaret singula quæque
À uirtute Dei pendere. necundeq; habere
P rincipium, causamq; existendi, nisi de ui
D iuina? quæ fortè alias simul edita possent
M utua nascendi primordia habere uideri:
E t quodam inter se nexu subsistere: uiq;
N aturæ inserta, & priuandi lege uicissim
O rtum sortiri: cum sint producta diebus
D istinctis: & singillatim facta ferantur
E sse Deo, non possunt non intelligi habere
A rtificem, authoremq; Deum solummodo: nec, quo
S ubsistant, aliud quidquam, quàm numen habere
D iuinum. Nam cum memorentur condita secto
O rdine, & in uarijs ortum sortita diebus,
C larius apparet, quàm sit monstrare necesse,
E sse Dei solam uirtutem, quæ daret omnem
V im subsistendi, & qua singula quæque fouente,
A c operante sibi uitam, uiresue tenerent:
E t qua, suscepto nec mutuò, nec aliunde
F omento possent edi, & consistere. miro
P lanè tam condentis, quàm scribentis id actum est
C onsilio, ut distinctis conformanda diebus
R erum apparerent primordia: nequid in omni
N atura esse putaretur, quod plasmate non sit
D iuino effectum, & quod nutu utcunque Dei non
S ubsistat, constetq;. potentia clarius edi
V ix posset diuina. Dei uix summa potestas
L argius ostendi posset, quàm conditione

T empore distincta: spacioq; quibusq; dierum
D istracto eductis: quoniam uis quæq; operandi
E xcellens, tanto maior, potiorq; uidetur,
A pparetq; palam, quanto distinctius, atque
S plendidius pulchro fuerit monstrata tenore:
E t quanto fuerit processu exactius ipso,
T am formæ, quàm materiæ ratione, retecta.
S icut enim cœlando opifex, & singula quæq;
M embra manu docta formando, materiamq;
I n pulchri speciem redigendo corporis, artem
T anto maiorem ostendit, quàm fusilis æris
C onflator: quanto rationem exactius artis
E xprimit: & quanto spatijs discretius artem
E xercet, uarijsq; tenoribus explicat: haud se
A rs aliter, uirtusq; Dei tanto potiorem,
M aioremq; probat: quanto distinctius, atque
E xpresso magis apparet operata tenore:
Q uæ perfectè adeò non appareret, & æquè
E xactè non constaret: si more repenti
C onflantis prodisset opus: nulloq; diremptu
T emporis asserto, subito producta fuissent
O mnia, & ad nutum ferrentur condita. præter
A eternum rerum processum hoc ordine prorsus
T emporis exclusum, fit item diuina uoluntas
C larior, editioq; Dei spontanea constat
L ucidius: causæq; potentia maior, & actu
L iberior patefit: quoniam quæ condita inanis
M ateries, uirtute Dei condentis adepta est
D iuersas rerum formas: uarioq; redacta est
A d rerum species discrimine, comprobat aptè,

S ponte sua, & uirtute Deum, quodcunque creatū
E st, & formatum, formasse, creasseq; : nec tam,
E xterno quoquam auxilio non indiguisse
F ormando, quàm sponte sua & uirtute uolenti
P roduxisse. Deum quid tam fecisse potenter,
Q uam statuisse uolenter, commodius, meliusq;
A rguat, ostendatq;, rei quàm traditus ordo,
E t per distinctos series traducta dierum
S uccessus, ac ad summam deducta gradatim
C onditio? quid agi, fieriq; potentius, atque
A ptius ad summam uirtutem significandam,
M onstrandamq; Dei potuisset, quàm ratione
T emporis adiecta, successiuoq; dierum
D istinctu constare, diem sine sole fuisse,
E t tempus sine cœlo? quid conformius ultra
N aturæ: cui deinde Dei uirtute potestas
C oncedenda foret generandi, unquam potuisset
E di, aut seruari, quàm temporis, atque dierum
S uccessu tradi primordia? credere par est,
N aturam authorem, quantum sit fas, imitari,
S ectariq; suum, nec lege sui exemplaris,
Q uatenus id fieri possit, deceedre. ueram
A rguit esse Dei descriptam à Mose dierum
S uccessu rerum genesim natura imitatrix,
S ectatrixq; Dei: quæ producit, generatq;
T emporeo tractu, custoditoq; dierum
O rdine. præterea ratio non friuola suadet,
V t cuius causa produceret omnia, resq;
E deret, edendo, producendoq; moneret,
Q uam uel agendo pie, uel concedendo quieti

R elligiosæ, temporis obseruare, & habere
D eberet rationem; custodisse dierum
C ircuitum, & certam seriem tenuisse creando
T emporis, & seruasse Deum. quonam meliori,
I n ratione quiescendi, dandiq́; quieti
R elligiosæ operam, ac in muneribus subeundis
V iuendi, atque operandi, hominem exẽplo potuisset
P rouida, & omnipotens bonitas diuina monere,
Q uàm quod deprendatur producendo tulisse,
E t liquisse quiescendo? nam norma dierum
T am seruata Deo, quàm commemorata prophetæ
E st normæ exemplar: quam debeat in ratione
V itæ quisque tueri, tam causa speculandi,
Q uàm respectu operandi. huiuscemodi ergo dierum
O rdo, tenorq́;, prout Mosi describitur, est sic
A ccipiendus: & ad sensi externi rationem,
T anquam censura dignus, fideiq́; rebellis
C onciliandæ, aliqua non est ratione trahendus.
L ux ergo progressa diem iam ferre secundum
C œperat, & rursum in gyrum reuoluta, iacentem
P assim alternato lustrabat lumine molem:
C um Deus omnipotens, bonitateq́; præditus omni
S piritus, admouit digitos, dextramq́; potentem
M ateriæ in formas cœli, atque elementa trahendæ,
N am quæ stabat adhuc formis priuata, rudiq́;
I nformis uultu moles, nisi quatenus acta
L uce nitescebat, sic est uirtute potenti,
D iuinaq́; manu distincta, ut quod leuitatis,
S ubtilisq́; rei superarat, luce semel iam
E xpressa, pro ui, & ratione suapte minori,

M aiori'ue, aliquem conformaretur in orbem
C œlestem, aut formam exciperet elementi alicuius.
Q uam uero ediderat molem Deus, atque crearat,
S i modo qua forma informem describere rem sit
C onueniens, specie quadam referente liquentem,
C œnosumq; globum : duplici ratione diremit,
I nq; duas partes secuit : quarum leuis una,
R araq; conscensu peteret sublime, grauisq;
A ltera perstaret, residiq; sua grauitate
H æreret, mediumq; tenens immota maneret,
E t motæ partis habita ratione deorsum
T enderet. ex rara, & subtili parte superna
C ondidit, inferiora graui de parte creauit
C onditor omnipotens : qui, si fas æquiparare
M axima sit minimis, & detur rem superantem
N aturæ uim quanque, rei conferre pusillæ,
E t naturali ; sic discreuit, secuitq;
M ateriæ massam, ut densis, grauibusq; relictis
I nferius, sursum conscendere rara, leuiq;
P rædita natura, sublimibus apta quibusque
E dendis, haud fermè aliter faceret, fieri quàm
S ubiectum contingat aqua feruente per ignem :
Q uæ cum corporea grauitate residat aheno:
E mittit tamen exilem calefacta uaporem,
E t tenues sursum protrudit feruida fumos.
V t ui Solis agente, trahenteq; Sole fit, ut de
H umenti terra leuis exhalatio sursum
T ollatur, tenuesq; elata feratur in auras:
E t uelut eiusdem radijs operantibus astri
E uenit: ut grauibus tenuis consurgat ab undis,

E mergatq; uapor, leuitateq; præditus altum
C onscendat: sic summi exacta potentia, uisq;
I nfinita Dei de mole rudi referente
N on magis undosam faciem, quàm terream, oriri,
E t prodire leuem fecit mira ratione
M ateriam: sursumq; emergere protinus, atque
E fferri; ex cuius leuiori parte, magisq;
S ubtili cœlum finxit: quod mobile primum
E sset: & à motu tam primo, quàm uehementi
A cciperet nomen. cum cœlum, quod uocitatum
D iximus empyreum, nullo motu moueatur:
S ed stabili, firmoq; gradu consistat, & ad res
A eternas spectet duntaxat, & immortalis
N aturæ solummodo respiciat rationem:
H oc cœlum primas sibi materialis adeptum
E st motus partes: motusq; omnem rationem
C orporei est sic sortitum, obtinuitq;, ut ab uno
I psius motu moueantur cætera: nec sit
Q uod motum moueat, quin motus deferat isti
P rimatum, primamq; mouendi conditionem.
E x huius cœli motu procedere tempus,
Q uatenus est numerus motus, censetur, & omnem
C urriculi, cursusq; sui deducere causam.
H uius circuitu cœli tam clauditur omnis
V isibilis species: mundiq; uolubilis omnis
M achina, quàm fomenta sui, roburq; uigoris
C onsequitur. natura huius pellucida cœli,
P ura uelut chrystallus, aqua concreta nitenti
T ransmittit uisum, uisusq; acie penetrata
T ransparet. cum nulla globi sit uisilis huius

Irradians

I rradians facies, ueteri non cognitus æuo,
N ec græcis cœli menſoribus obſeruatus
E xtitit, & ſi aptè poterat de Moſis aquarum
N omine ſignantis, deprendi traditione:
S i non ulla fuiſſet, quæ conuinceret ipſum
E ſſe uel argueret ratio, contrarium eodem
C orpore nequaquam motum tolerante ſuapte
N atura: quod nc fieri poſſe argueretur.
A bſurdè, non amplius orbibus octo ſtatutis,
E ſſe globum nonum clara ratione repertum eſt.
C um globus Aplanes ſtellis deprenſus in ortum
F erri ex occaſu genuina lege, moueri
R urſus in occaſum ex ortu non poſſe repertus
E ſſet, opus fuit, ut manifeſto colligeretur
D eprenſu, & ratione palàm conſtaret aperta,
E ſſe globum nonum, cuius celeri reuolutu,
E t rapida motus uertigine cætera cœli
C orpora, quæ proprio, naturaliq; citatu
E x dextra in læuam prodirent parte, agerentur
E x læua in dextram, ſortirenturq; diurnum,
Q uo uolui pariter manifeſtò comperiuntur,
M otum. nimirum globus hic cryſtallinus eſt, qui
T am motu ueloci agitur, rapidoq; rotatu
V oluitur: ut quanuis ingenti mole trahatur,
E t uaſto exceſſu ſuperet quoſcunque globos, quos
C ontineat, tamen uſque adeo celeri, ſubitoq;
D efertur motu: ut tractu, ſpacioq; diei,
A ut numero horarum duodeno bis repetito,
A bſoluat curſum, & metas pertingat eaſdem.
C um naturalis rerum generatio quodam

P rouenıat motu, ac omnem natura propagem
R erum proferat officio motus,manifestum
E sse potest : huiusce globi quàm magna, potensq;
I n producendi naturali ratione,
S it uirtus : à qua reliquorum tota globorum
N on solum uirtus dependeat, atque trahatur:
V erum etiam tanto amplius, & magis exuperetur:
Q uanto agili minus, & celeri motu reperitur
C onstare. huius per motum , fluxumq; supremi
M obilis una constantem ratione, sed orbes
F usum per reliquos, uarijs rationibus affert,
I mmittitq; Deus uires, & robur agendi,
E t producendi naturæ ; & semina rerum
P erpetuo ductu reddit fœcunda, fouetq;.
H anc uastam noni compagem condidit orbis
O mnipotens Deus : ut reliquos complexa, fouensq;
O rbes, uirtutem generandi, qua semel usus
I pse foret primas species, primæuaq; rerum
C orpora condendo, producendoq; suopte
P lasmate, seruitij cuiusdam, siue ministri
I nstar susciperet, quam rebus sufficiendis,
E t propagandis impenderet : & ratione
P ræscripta exerceret : & exercendo referret,
À quo susciperet, tota uirtute operandi
I psi delata, qui motor maximus esset,
E t qui non motus præstaret cuique mouenti
V im, uitamq;. Deus de qua produxerat orbem
N onum materia,ex eadem reliquos quoque tractus
C œlestis orbes finxit, quanuis ratione
D iuersa, tum propter motus conditionem,

T um propter leuis, & subtilis uim, speciemq;.
O ctauum nono subiunxit protinus orbem,
Q ui motu ex dextro in læuum uergente feratur
T am tardè, ut metas minimè pertingat easdem,
N i reuolutis annorum compluribus æuis,
E t nisi multarum transacto tempore longo
M yriadum. globus iste graui, tardóq; rotatu
S ic agitur, sic hærenti uertigine fertur:
V t non uita hominis, quanuis longæua, satis sit
A d deprendendum quenquam motum ipsius, atque
P rogressum. plures huiuscemodi sibi poscit
A etates hominum obseruatio; nec nisi uastis
T emporibus, uarijsq; hominum æuis, & monumẽtis
A cquiri ualuit tam tardi notio motus.
H inc firmamenti globus hic sibi nomen adeptus,
H inc græcis authoribus Aplanes uocitatus.
Ò possem hic paulum fando miram rationem
C omplecti, qua tam diuerso corpora motu
C ondita sint cœlestia. non solum manifesta
V is, uirtusq; Dei fieret, sed mira pronœæ
C onstarent etiam diuinæ. quatenus omnem
N aturam mundi inferioris temperat uno
F estini, ac tardi complexu conueniente,
E t quæ contrari certam teneant rationem,
V nà conspirantibus, ac in eundem operandi
F inem contendentibus. hæc symetria noni,
O ctauiq; globi, motus ratione, situsq;
C ontigui causa, quanti sit ponderis, atque
M omenti in mundi, & rerum compage fouenda,
A c producenda, si uestigare liceret,

E t ſatis ingenio comprendere : pulchra paterent,
N i fallor, ſecreta : tenor ſpecioſus, & ordo
N aturæ mirabilis innoteſceret , & uis
D iuina inſigni clareret imagine : de qua
N on nihil experiar forſan tractare : globorum
C um ſingillatim motores expedientur.
I nterea octauæ abſoluenda eſt mentio ſphæræ.
Q uæ uirtute Dei ſic eſt conflata , habiliq;
S ic contexta modo, ut ſtellis ardentibus eſſet
A pta capeſcendis. nam quando condita primò
E xtitit , illuſtri fulgebat ſidere nullo,
E t nullis ſtellis hærentibus irradiabat.
A rtificis nondum nitidos cœlauerat ignes
D octa manus : nondumq; ullis ornauerat orbem
S ideribus , uarijsq; nitentia ſigna figuris
C ondiderat, ſed uultus erat totius olympi
V nus, & unicolor facies Aplanis , habebat
N il, quo ſpectando poſſet differre uideri
I nuicem, & iniecto aſpectu uariare. tenebat
S anè perfectam, & ſolidam formæ rationem,
E t totius erat perfectus munere formæ.
M otum cum ſpecie, ſpeciem cum corpore certam,
P ræſcriptamq; tenebat, idoneus efficiendis,
L uce tamen ſe uiuifica fundente,quibuſque.
Q uem nunc ornatum,quas nunc præferre uidemus
L ucentes ſtellas , tantum neutiq; tenebat .
P oſt firmamentum factum , Aplaniſq; redactum
A d ſpeciem,formamq; globum,monumenta tametſi
M oſis nullum orbẽ,nullumq; globum memorent,qui
A plani ſubiungatur : certoq; tenore

S ubijciatur, habet tamen obseruatio tantum
R oboris adscitum, ut nulla ratione negari
I am queat, esse globos alios, qui contineantur,
C laudanturq; Aplane: modoq; ferantur eodem
E x dextra in læuã: quos nempe globos puto Mosen
P ræterijsse silendo: rudis populi nimis aures
N e premeret, crassosq; animos confunderet, orbes
T ot numero cœlestes, discretè memorando,
S iue recensendo: quod factum rite putare
P ossumus, & prudenti animi ratione statutum:
P ræsertim, cum quæ firmamento foret, esset
M ateries eadem septenis orbibus: & qui
O rbes septeni firmamento acciperentur,
C um firmamento motu ferrentur eodem.
N am quò uoluitur Aplanes, uoluuntur eodem
A equè septeni cœlestis clymatis orbes.
Q ui sanè eiusdem uertiginis ordine uecti,
A c moti pro corporeæ discrimine molis,
S eu potius pro perspicienti aliqua ratione
D iuina, arcanáq; aliqua uirtute tuendæ
N aturæ, differre citi tardiq; rotatus
R espectu, uarioq; implendi tempore cursus
V ti comperiuntur, & inter se uariare
M utuo, & Aplani non assentire, nec orbi
P rimatis motus. nam qui subiungitur orbis
A plani primus, metas absoluere fertur
S ex lustris, cum qui sequitur, trieteride quarta
C ompleat ambagem: cursumq; rotatus eundem
I ntegret. huic alius succedens orbis, easdem,
Q uas liquit metas, spatio, tractuq; bienni

E xacto repetit. dubio quicunque feruntur
O rdine tres orbes, nullo discrimine aguntur
T emporis: ast uno pariter complere rotatum
A nni circuitu censentur. quæ regionem
O ccupat extremam tractus cœlestis, & oram
V ltima cœlestem definit sphæra, diebus
N on adeò multis uelox, festináq; motum
A bsoluit, cursumq; iterans deuoluitur, unde
M ota prius fuerat. uarium quicunque tenorem
H unc motus, uariosq; globis cœlestibus istis
P ræscriptos motus animaduertere uetusti
G ræcorum, non ab re nec sine ui rationis
A rcanæ, multoq; salis condimine miram
S cripsere harmoniam conflari: ad cuius abundũ,
E ximiumq; sonum obtundatur sensus, & auris
H umana absurdescat, ut ad capiendum habilem se
N equaquam præstare queat. symphonia, siue
C onspirans ratio, quæ motibus editur istis
D iuersis, uarijsq; globorum, in constituenda
N atura, & rebus mundi inferioris agendis,
T am serie exacta, numeris tam constat amussim
C ompositis, ut nulla queat uirtute capessi
H umani sensus, superetq; omnem rationem
M ortalis perceptus. hæc symphonia rithmis
N on minus imparibus, quàm aduersis condita, tãtũ
M omenti tradente Deo, tantumq; uigoris,
N umine diuino tribuente sibi tenet, in re
H umana, naturaliq; tuenda, & agenda:
V t non ipsius ratio, aut proportio possit
D eprendi, sensusq; aliqua uirtute subiri.

Q uanuis harmoniæ ratio cœlestis, & ordo,
C onspiransq; tenor uarijs ex motibus, is sit,
V t nequeat nobis satis innotescere, satq;
A pprendi, quonam pacto, spacijsq; quibusnam
V is uarij motus, & conspiratio sese
A d rerum effectus habeat, præstetq; ferendos:
E t quibus interuallis, momentisq; uicissim
S ese respiciens, respondeat efficiendis
R ebus, & edendis: tamen alite moliar ipse
D iuino, experiarq; Dei uirtute fauente:
S iquis energiæ queat, harmoniæq; uideri
C œlestis forsan nostras tinnitus ad aures
P eruenisse: sonusq; aliquis subijsse, tametsi
E x longinquo, animi sensum. prius expediendū est,
T ractandumq;: nouem quænam sit causa mouēdi
O rbibus, & tanti quænam sit origo rotatus.
O rbibus his animas aliqui tribuere, globosq;
C œlestes arbitrati sunt esse animantes,
F ormatosq; animis. sunt qui cœlestibus istis
C orporibus motores arbitrentur inesse
I nclusos, qui commoueant, causamq; mouendi
E xhibeant. quæ sensa quidem cum non satis esse
C ongrua naturæ rationibus inueniantur:
N ec quadrare satis sinceræ relligioni
C redantur, nihil est, quin reijcienda putemus.
V nde pium, & rationi consentaneum opinor
E sse putare, globos cœlestes sumere motum
E x intellectu distincto, spiritibusq;
D elegante Deo appositis, operiq; mouendi
A ddictis. qui naturæ omnis motor, & author

E ſt Deus, & motu, uirtuteq; cuncta uigorat,
V iuificatq; ſua, procurat ſingula quæque
C auſa conſtitui ſic accedente propinqua,
V t quanuis ſit, qui uirtutem præbeat omnem
I pſe, ſuamq; quibuſque ferendis, atque tuendis
V irtutem impendat generaliter ; & moderandis,
E dendisq; ſit inferioribus, atque ſupernis
O mnibus antiſtes, & princeps cauſa : tamen ſe,
V imq; ſuam pro quaque rei ratione, modoq;
I ngerat, & cunctis naturæ rebus in unam
C ompagem nexis infundat, ſufficiatq;
S ic uitam, aut uires, ut certa ſufficiendo,
F undendoq;, miniſterij traduce operantis
V tatur, faciatq; adſcitis multa miniſtris.
Q uo fit, uti quanto propiori quæque miniſtro
E xpediat, tanto ipſe magis referatur : & hærens
V eſtigi ratio tanto magis inueniatur
I mpreſſa in rebus, quanto propiore miniſtro
S int res effectæ. Solum reperitur imago
E ius adeſſe, quibus contingit, ut efficiantur,
N on cuiuſquam opera interea accedente miniſtri.
N am producendo Deus omnia texuit uno
C omplexu, & quodam ſucceſſu ſingula quæque
E ffecit ſibi mutuo reſpondentia, uiq;
P articipata pro ratione ignobilioris
N aturæ, uel nobilioris opem, geneſimq;
S ufficientia : quo tot conſpirantia in unum
C omplexum, nexuq; uno contracta referrent
I pſum, qui foret unus. eum præſcripſit agendo,
C ondendoq; modum Deus, ut uarijs gradibus ſe,

V irtutemq; ſuam uellet tranſire per omnes
R erum naturas, totumq; ſubire per ipſas
T otius partes: quare ſumma ratione
C orporibus cœleſtibus, ex quorum reuolutu,
A ut motu, quæcunque ſemel producta fuiſſent,
C onſeruanda forent, ac inſtaurauda perenni
S uffectu, motores tradidit intellectus,
À quibus acceſſu propiori accepta poteſtas,
H auſtaq; uirtus transferretur ad inferiora:
E t quorum officio, atque opera deſcenderet in res
I nferiores uis moderatrix, & generatrix
V irtus. etſi animas rationales Deus edit
I pſe ſuapte opera, nullumq; adhibet generandis
F ormandisq; illis inſtrumentum: tamen omnes
N aturas alias rerum, necnon animantum
E fficit, effingitq; opera, acceſſuq; alicuius
I nſtrumenti, aliquoue miniſterio ſubeunte:
E t cum prima ſit ipſe potentia: cauſaq; rerum
C unctarum, accerſit tamen, adſciſcitq; ſecundas
E dendis rebus cauſas; quas ipſe ſecundas
P roduxit cauſas, ſumma ratione pronoeæ
D igerit, & rebus ſcito præponit agendis
O rdine. motores igitur Deus intellectus
O rbibus adiecit cœleſtibus: & ſeriatim
A ppoſuit: quorum uirtute, operaq; mouenti,
O rbes circuitu uario, uarioq; rotatu
A cti, naturæ conferrent inferiori
V ires: uirtutemq; miniſtrarent operandi
E t producendi uariam, pro conditione
M otorum uaria, quibus appoſitis agerentur.

N am cum ter terno distinctos ordine puros
F ormasset Deus intellectus: ordine ab omni
Q uoque sigillatim delectum tradidit unum
C uique globo cœli in circum, girumq; mouendo:
E t prout ipse nouem cœli formauerat orbes,
E t successiua serie distinxerat, æquè
S ic dedit, instituitq; nouem serie obseruata
M otores, qui pro genuina proprietate,
V iq; sua, quam susciperent tamen, inferiora
S phærarum motu afficerent, fluxuq; fouerent:
E t qui pro uirtute, semel quam conditione,
N aturaq; suapte, modoq; suopte capaci
I am suscepissent, & ductu continuato
S usciperent, uariam, & distinctaq; agerent, parerétq;
D iuersos rerum effectus: uariosq; animorum
A ffectus humanorum. prout ordo piorum
S pirituum unusquisq; aliqua uirtute nitebat
P ræcipua: sic ex illo fuit ordine lectus,
Q ui genus id uirtutis per commota globorum
C orpora mitteret inferius: pareretq; secundum
N aturæ cuiusque modum, captumq;, tenoris
V irtutem eiusdem, & similis partum rationis.
M irifico diuina modo intellectibus hausta
V irtus, per motum cœlestis corporis infra
D efluit, & gradibus uarijs translata tuendis,
E t producendis se suggerit omnibus: & se
E xhibet ad cuiusque rei genesim efficiendam.
N ec minus efficiendo operatur, quàm afficiendo
C ommouet. ergo Deus supremo ex ordine nono
S pirituum, nono motorem tradidit orbi:

À quo perpetua, & celeri uertigine ductus,
Versatusq; capesseret inferiora mouendi
Virtutem, & caperet, quam ferret ad inferiora,
Omnia uim producendi, affectusq́; ciendi.
Sed cum præcipuam uirtutem ducat amoris
Spiritus, hic motor, spiranteq́; numine plenum
Contrahat affectum charitatis, ab orbe uoluto,
Versatoq́; globo demittit ad inferiora
Quandam conciliatricem, & promiscui amoris
Productricem uirtutem: qua non modo rerum
Principia insigni discrimine dissita, inirent
Fœdus, & unà conspirarent ad generandas
Corporeas species, sed quæque etiam sociatum
Quendam sortirentur commoditatis, & usus.
Hæc uirtus diuina prius suscepta mouenti
Spiritui, dein à motore globo insinuata,
Et diffusa, per omnes commeat inferioris
Naturæ partes, speciesq́; : nihilq́; relinquit
Intactum sibi, inaccessumq́; in partubus ullis
Naturæ. ad sensus conflandos, ad statuendam
Vitam, ac ad quæcunque edenda, fouendaq́; rerum
Corpora pertinet, & confert insigniter. huius
Successu uirtutis agunt elementa alioqui
Litigiosa sodalitium, amplexuq́; uicissim
Iuncto conueniunt in rebus, corporibusq́;
Condendis, & se concordi lege fouendo
Concurrunt ad corporeos rerum, ac animantum
Compositus faciendos. hac uirtute tueri
In uita se cuncta student animantia, seq́;
Omnia sensifico motu pollentia, quærunt

C ustodire malis illæsa, infestaq; uitant,
E t quæ seruandæ sint condncentia uitæ,
A dsciscunt. huius proprium est uirtutis ab orbe
C œlesti, motore ipso mittente, fluentis:
V t genus omne animantum mutuo amoris agatur
A ffectu, & quodcunque animal tangatur amore
A duersus quodcunque aliud, quod præditum eadem
S it specie, & speciei eiusdem participans sit.
E fficit hæc eadem uirtus cœlestis, ut erga
S usceptam sobolem afficiantur quæque animantes,
A ffectuq; insigni detineantur, & ob uim
I ntenti affectus, cura, studioq; trahantur
P rospiciendi. quocunque afficiuntur amore
I n natos, sobolemq; parentes, eius origo
N umine ab æterno ueniens, motoreq; primi
A ccipiente globi subiens per mobilis actum
S upremi defertur, & influit. huius ab orbis,
S eu mage motoris uirtute fluente fit, ut ius
C onstituatur amicitiæ, & coniunctio amoris
I nter mortales ineatur, & instituatur
M utua uiuendi concordia. Quæ charitas se,
Q uiq; amor humanis animis se suscitat erga
V irtutem, recteq; merentes, profluit hac de
M otoris uirtute, globiq; uolumine. quicquid
R espicit affectum charitatis, quicquid amoris
C oncœptum naturalis prospectat: ad orbis
M otorem noni, nonumq; uolubile debet
D eferri. nulla est naturæ sensilis, atque
V iuentis ratio: quæ, quatenus excipit, atque
A dmittit motum, sensumq; alicuius amoris,

H uius amabundi de ui, uirtuteq; noni
M otoris non affectum ſibi ſumat amoris.
Q uiglobus inſequitur, uocitatus nomine græco
A planes, nutu diuino ex ordine adeptus
S pirituum eſt illo motorem, qui ex ratione
C ognitionis, & egregia uirtute ſciendi
N omen habet: qui reſponderet prorſus eadem
D iſpoſitus ſerie, diuino numine motor
T raditus Aplani eſt: de quo uirtus caperetur,
E t uis ſuſciperetur ad inferiora ſubinde
D emittenda. globus uires quas ſumit, & haurit
À motore, fluens tranſmittit ad inferiores
N aturas, quæ ſanè conditione ſuapte
S ic capiunt, ut diuerſi tamen exoriantur
E ffectus: uarijq; tenores progrediantur
C ognitionis. ab iſtius motoris, & orbis
D efluxu prodit, quod cognitionis habetur
À brutis ratione cibi, potuſq;, tuendam
A d uitam conducentis. quæ commoda uitæ
S int captanda: quibus mutandæ ſint regiones
T emporibus cauſa uiuendi indemnius, & quæ
S it tempeſtatis ratio impendentis habenda:
H uius ab influxu diſcunt animantia ſphæræ,
E t de motoris capiunt huiuſce deorſum
D emiſſa uirtute. quòd agnoſcant pariendi
T empus aues, quòd tam mira, uariáq; uolucres
A rte ſciant nidos compingere, quòd ſpeculentur,
O bſeruentq; locos, quibus opportuna cubandi
S it ſedes, & diuerſoria tuta locentur,
T am ratione quieſcendi, quàm prolificandi,

A ut excludendi causa, motore, globoq;
O ctauo fit suppeditante, fluenteq; : cuius
F it quoque uirtute, ut sint, quæ præsaga futuri
V sus prospiciant animata, sibiq; parandis,
C ondendisq; cibis caueant, ad temporis ægri,
D ifficilisq; uicem tolerandam. suscipit huius
A' motore globi, quicquid genus omne animantum
C ognitionis habet tam respectu speciei,
Q uam sexus. quæcunque animans coit, & coeundo
G ignit, habet certam de sexu cognitionem:
Q ua pro diuersa ipsius ratione, ad agendum,
V el patiendum ducatur. motore fluente
A planis pariter fit: uti studiosa sciendi
S it natura hominis: desyderioq; trahatur
N oscendi: uariaq; cupidine percipiendi
T angatur. uirtus hæc est, quæ fusa, cadensq;
I nferius: hominum mentes, humanaq; pulsat
I ngenia, & studio noscendi pellicit ad res
S crutandas. eadem uirtus, ni fallimur, est, quæ
I n natura hominis rationali mouet, atque
S uscitat igniculos, quibus ad recti, licitiq;
N otitiam, cultumq; inuitatur. fluit ex hoc,
D emanatq; globi motore, Dei statuendi
Q uæ communis apud gentes quascunque, genusq;
O mne hominum uiget, & subsistit opinio. quæque
C ognitio diuini numinis insinuatur
O mnibus, & quoscunque rudes etiam subit, inde
P rogreditur, proditq; : tametsi conditione
D iuersa, pro captu hominum uario, faciliq;
A d fallendum conditione, minus tribuendum

M otori fuerit, uel cœlo, ſiquid ineptè,
A ut prauè ruditas humana, hebetudoq; fallax
S entiat ingenij de diuina ratione,
N aturáq; Dei. uirtus diuina ſuimet
O ſtentrix, intellectu motore recepta,
E t diffuſa globo cœleſti, ad cognitionem,
N otitiamq; ſui rationalem ſpeciem, uel
N aturam humanam generaliter interpellat,
I nuitatq; : pigro quæ ſi correpta ueterno
S e ſinat à cæcis obtundi ſenſibus, & de
T ramite ſignato diuerti, quatenus errat,
E t peccat in noſcendi ratione, referre
A cceptum ſibimet, propriæq; adſcribere noxæ
D ebet. quod munus noſcendi numinis actum
C œlitus à motore globi, uel numine ab ipſo
S uggeritur : corrumpitur, & uitiatur abuſu.
Q ui globus Aplani ſuccedit ſeptimus, à quo
M otum ageret, tribuente Deo ſuſcepit ab illo
O rdine ſpirituum, qui ſunt de ſede, thronoq;
A ppellati. motoris cuiuſmodi habetur
E x uirtute Dei uirtus, eiuſmodi ab orbe
M ittitur inferius, fuſimq; operatur, agitq;.
H æc uirtus eſt, quæ iugi, aſſiduoq; meatu
E x ſummo progreſſa Deo, inſinuatáq; ſphæræ
M otori, motuq; globi tranſmiſſa deorſum,
V im con ſiſtendi rebus, firmumq; tenorem
N aturæ tribuit : motumq; quiete frequentem
T emperat adiecta. uirtus mortalibus ægris
H æc ſuccurrit, & infuſa per membra quiete
R eſtituit uires, fractasq; labore reſarcit:

A c reficit : huiuſcemodi uirtute fluente
C œlitus, affertur naturæ cuique animantum,
E t generi tranquilla refectio, lætáq; feſſis
C orporibus, membriſq; quies ſuccedit, & acti
A bſorbentur ſuccedente quiete labores.
H æc uirtus non tam collata artus requiete
I nſtaurat, ſenſuſq; fouet, reficitq; remiſſos :
Q uàm feſſis animis ſuccurrit, & inſpirata
I ngenij uires auget, cumulatq; quiete:
N ec ſolùm pacando, tranquillandoq; prodeſt
I ngenijs, animoſq; iuuat pariendo quietem,
S ed confert ipſis etiam, ni fortè reſiſtant,
R ectam iudicij rationem : qua ualeant tam
E xactè perpendere, quàm prudenter, & aptè
I udicio decernere . prouida iudicij omnis
H umani ratio , conſtans uis omnis agendi,
E t ſtatuendi lex omnis matura, grauiſq;
O bſeruatio, de motoris ſeptimi, & orbis
E iuſdem numeri motu, uirtuteq; prodit :
Q uem uerò ſexto uertendo addiceret orbi
M otorem Deus omnipotens, & totius author
V irtutis, ſexto pariter ex ordine ſumpſit
S pirituum : qui cum præſtantes ſint dominatu ,
E t tam completam, quàm præcipuam dominandi
C ontineant rationem, nomine ſunt dominatus
C enſiti : quæ magna Dei uirtus dominatur
O mnibus, ac omnes ſuperat dominando uigentes,
V iuenteſq; ſimul naturas, indita ſextæ
M otori ſphæræ : ſphæramq; relata per ipſam,
I n rerum, ac animantum natura inferiori

Sic

S ic uersatur agens, sic imperitans operatur,
V t pulchrum dominandi homini ius deferat inter
N aturas omnes uiuentes, atque uigentes
I nferius. huius uirtutis munere fit, ne
S it species animantum, quæ quanuis superet ui
C orporea, multumq; feroci robore præstet:
N on tamen humanum aspectum uereatur, & ipsi
I n primis homini non deferat, & dominandi
I us quodam instinctu deberi non fateatur.
A h sibi ne iuris tantum improbitate suapte
P erturbaret homo, nec uitæ sorde secutus
B ruta, foret tanti iuris uiolator, & esset
I n causa, uitam bruti de more trahendo,
N e satis incolumem, & tutum se posset ab illis
C ustodire, quibus cœlo, motoreq; cœli
S ufficiente, alioqui pleno iure ualeret
T am dominari, quàm formidinis esse uerendæ.
D um se diuinæ peccando subtrahit auræ,
E t se diuino iuri subducit, & à ui
N aturæ desciscit homo: contingit, ut id ius,
I mminuat sibi, uel perdat: quodcunque alioqui
C ompetat ex cœli motore, Deiq; benigno
M unere. quatenus enormi rationis abusu
I ura Dei perturbat, & infringit dominatum
I n se motoris, non tam decedit ab ipsa
D egeneratq; suæ naturæ conditione:
Q uàm decedendo, uel degenerando facit se
I ndignum: cui quid deferri debeat ex ni
D iuina, uirtuteq; motoris dominante.
M agna ex parte quidẽ se fraudat homo dominandi

I ure, ſuapteq́; culpa indignum ſe dominatu
R eddit, dum minus in ſe cuſtodit dominatum
C œleſtis motoris, & admittit minus in ſe
I ura Dei uirtute ſua cunctis dominantis,
A tque cathenato moderantis cuncta tenore:
À quo dum declinat homo rationis abuſu,
E gregio fraudat ſe iure, locoq́; mouens ſe
A ddicto, non uim, fomentaq́; carpit, & haurit,
Q uæ ratione loci in ſerie, nexuq́; cathenæ
S eruati, hauſturus foret, & capturus. ab ipſo
P rincipio dominante recedens, ius dominandi
S ubuertit ſibi: deficiendoq́; deficientes,
A tque rebellando ſentit, patiturq́; rebelles.
Q uicquid præterea in naturæ uiribus, atque
P rincipijs dominans præſertim, præcipuumq́;
I n generando, condendoq́; tenens dominatum,
H uius ab afflatu prodit motoris, & huius
M otoris uirtute ſuam quancunque tamen uim
D iuino de fonte trahentis, agit, generatq́;.
Q ui ſexto globus amplexatur proximus orbe,
M otorem obtinuit, de ſpirituum comitatu
Q uinto, qui cognomine principis appellatus
P rincipem, & inſignem retinet rationem operãdi,
E t ui præcipua moderandi, ſiue regendi
P ollet. ab hoc motore, globoq́; fluit tenor omnis,
E t ratio inſtituendi principis; inducuntur
H oc motore ſibi gentes decernere regem,
C uius conſilio utantur, cuiusq́; regantur
A uſpicijs, & quo curante, cauenteq́; tutò
D egant, & pacem ſeruent, teneantq́; quietem.

P rincipis emergit hinc publica cura creandi;
H inc populi, plebesq; mouentur ad eliciendum
D e multis unum : cuius mandata sequantur,
E t consulta petant. res publica traditur uni,
A ut multis moderanda, globi uirtute mouente
I stius, aut isto potius motore fluente.
V t populi se principibus, ducibusq; regendos
T radant, & certis se subijciant moderandos
L egibus, in causa prout hunc orbis reor esse
M otorem, sic eiusdem motoris agente
V irtute arbitror fieri, ut prodesse procurent
S ubiectis reges, habeantq; duces rationem
C ommissis sibi prospiciendi ciuibus, & rem,
T utelamq; sibi commissorum populorum
C urandam omnino ducant, statuantq; fouendam.
P rodit ab istius pariter uirtute mouentis,
Q uicquid conditionis habetur principis inter
D iuersas, uel easdem brutales animantum
N aturas, speciesq; . nihil sibi iuris agendo,
D ucendoq; asciscit auis: nil sectile, nilq;
Q uadrupedans quid præcipui sibi uendicat, atque
E xercet iuris: quod non ducatur, & ortum
N on habeat de sphærali uertigine, deq;
M otoris quinti uirtute fluente. benigna
S anè, & prospera, & utilis inferioribus hæc est
M otoris uirtus : quæ cum procedat ab ipso
F onte boni, nil ferre mali, nil mittere noxæ,
E xitijq; potest. rebus quodcunque sinistrè
E uenit humanis regum ratione, ducumq;
C ausa, non tribui cœlo, cœlumq; mouenti

S piritui, ſed nequitiæ humanæ, & temeratæ
V itæ hominum: qui cum corrupti mente, ſinant ſe
S enſibus in prædam duci, quæcunque ſuapte
C ulpa, & nequitia ſubeunt incommoda, ſiue
D etrimenta, ſibi debent aſcribere, non uim
C œli cauſari, aut aliquam prætexere cauſam
C œleſtis fluxus. nihil è cœleſtibus, atque
D iuinis cauſis, homini quod obeſſe, malumq́;
F erre queat, prodire poteſt. ſibi cauſa malorum
S olus homo. non ulla incommoda, nō mala uexant
V lla hominem, quæ non conflauerit ipſe ſibimet.
N am dum corporeos affectus immoderate
V iuendo nutrit, & luxu corporis urget
I n morbos animum, fit, uti uexetur, & actus
I n furias perturbetur, lernamq́; malorum
P arturiat ſibimet, ſibimetq́; incommoda gignat.
Q uòd uerò aſtrologis Saturni nomine, ſiue
M artis mentito, cœleſtibus attribuatur
O rbibus, humanis animis quod triſte, nocensq́;
C orporibus ſit, tam non credo, nec autumo uerè
S entiri: ut totum uitæ rear id tribuendum
I mmoderatæ hominis: qui cum græcando tenorem
N aturæ perturbet, & à cœlo fomenta, bonosq́;
A fflatus confundat, & in ſe non patiatur,
V t uergunt, cadere: in cauſa eſt, ut, pernitioſa
I ncurrat: triſtesq́; euentus ſentiat, atque
E xperiatur. pro mediocris conditione,
Q uo tam animi conſtat uirtus, quàm corporis, orbis
Q uæ uis cœleſtis moderata ſalubriter infra
D efertur pro corporibus bene conſtituendis,

A c animis rectè afficiendis, non operatur,
D epravata hominis luxu, uitioq́;,iuuanter :
S ed uitiata, modoq́; suo priuata, quod usus
C ontineat,non impendit, sed obesse uidetur:
Q uatenus inspirata homini, mediocre alioqui
P roficiens nequit exercere, suamet id ipsum
C orrumpente homine, immoderata conditione.
S ed iam de quarti motu, motoreq́; agamus
O rbis : & incepto sistentes tramite, quidnam
V irtutis ferat inferius, mittatq́; deorsum
S pirituum quarto motorem ex ordine adepta
S phæra, breui tractatu complectamur. ab huius
E rgo globi motore potenti ex ordine lecto,
D eq́; potestatum comitatu sumpto ad agendum
O rbem, uis, uirtusq́; potens descendit in omnes
R erum naturas, qua singula quæque fouentur:
Q uaq́; fit, ut rerum de rebus prodeat ortus,
E t de uiuenti uiuens edatur. agente
H oc motore potestas competit omnibus in re
N aturæ præstandi aliquid, uel conficiendi.
N ulla potest aliquid uiuens natura operari
G ignendo : nil perfecti succedere partus,
N ilq́; potest solidi in lucem prorumpere fœtus,
H ac sine motoris uirtute : potentia cuius
E fficit, ut possint animantia quæque secundum
N aturæ propriæ rationem condere compar,
A tque sibi simile. hac etiam uirtute potenti,
Q uæ uitam retinent, sensu, motuq́; locali
P riuam,producunt,fruticant, speciesq́; propagant.
A d rerum species, & corpora quæque carentum

V italì ratione fluit condenda, potestas
I stius motoris. agit natura, paritq;
N il, nisi motoris ui succedente potenti
I stius. effectus naturæ nullus agentis,
G ignentisq; potest constare: potentia si se
S ubducat quarti motoris, & ambitus orbis
Q uarti tollatur, qui, si hæremus potiori
A uthorum numero, & scriptorum pluribus: est, qui
O rnatu illato lumen solare recepit:
E t quam uirtutem causa motoris agentis
C œperat, adiecto exercendam fortius astro
L uminis accepit. ueluti procedit ab orbe
Q uarto, quæ rerum effectus, partusq; potestas
R espicit: & spectat naturam, quatenus edit,
P roducitq;: ita quæ naturam uis mouet, atque
E xcitat ad producendum, & stimulos generandi
I nijcit, ac indit generi unicuique animantum,
E t rebus certos motus, certosq; uigores
I ngerit, immittitq;: quibus res ipsæ alicuius
E ffectus, uel finis agantur, & inducantur
A d rationem: oritur, seu prodit tertio ab orbe.
T ertio ab orbe tamen sic prodit, ut omnis ab ipso
D ucatur motore, choro de tertio ad orbem
V ertendum electo. chorus hic est tertius ille,
Q ui propter uirtutis præcipuam rationem,
N omine uirtutis uocitatur. ab hocce choro qui
S piritus ad motum translatus tertij agendum
O rbis, abundantis riuus uirtutis in omnes
R erum naturas diffunditur, atque refertur.
Q uæ uis cuique rei reperitur propria inesse,

I stius à motore globi descendit, in herbas,
I n lapides, in corpora quæque carentia sensu
V is quædam genuina fluit uirtutis ab huius
M otu. uirtutis quod naturalis habetur
A bsconsæ in rebus, quod roboris, atque ualoris
N aturis rerum deprenditur esse latentis:
N on minus ignota, quàm miranda ratione
S e prodens, usuq́; frequenti se manifestans,
E x ista uirtute globi procedit, & ortum
S uscipit. istius uirtutis munere, uirtus
Q uæ Remoræ, quæ Magnetis perhibetur, oriri
E st censenda. ista fluit ex uirtute, trahitq́;
P rincipium, quicquid medicis uirtutis habetur
I n rebus, quæcunque plagis uel comperiuntur
H isce, uel externis frustra referuntur ab oris.
F rustra corporibus nostris exotica remur
I dcircò adferri curandis: cum satis esse
C urandis nobis, quæ comperiuntur apud nos,
C redamus: quoniam solertia cauta benignæ
N aturæ, magniq́; Dei studiosa iuuandi,
T utandiq́; hominis prospectio, non sinit ullo
P acto, ut credamus, quæcunque salubria nostris
C orporibus sint, & ualeant conducere nobis
C orpore sanandis, regionibus esse petenda
E x Indis, summaq́; opera quærenda alienis
C lymatibus. uirtus se fundens tertio ab orbe
C œlesti, non est censenda inimice, & auare
S ic nobiscum agere, ut quibus indigeamus ad usum
T utandæ uitæ, sit opus terras adeundo
L onginquas, & uasta per æquora uelificando,

Q uærere non minus ingenti discrimine uitæ,
Q uàm rerum impensa. istius quoque prodit ab orbis
V irtute, in uenerem quicunque mouet, animata
F omes, & ad munus generandi suscitat. actæ
F omite ab hoc ipso brutæ species animantum,
N on procedunt ulterius, quam ius generandi
E xigat, & uirtus cœlestis suggerat orbis.
S olus homo: qui munus habet rationis, & à quo
D eberet tantò uirtus exactius orbis
H auriri, quantò causa rationis haberet
D ignius oblatum, exhibitumq; capacius haustum,
H uius uirtutis motu reperitur abuti
C œlestis, missamq; globo peruertere prorsus
V irtutem, ut quem ad producendũ fomitẽ adeptus
S ic solum, solumq; habeat causa generandi,
S it eo abutatur, sic eius conditionem,
A lteret, ut quod honestatis, decorisq; alioqui
N on paruam rationem habeat, uertatur ad ingens
D edecus, & non turpe minus, quàm propudiosum
E fficiatur. eò nequam, effrenisq; libido
S e defert hominis: sese indulgentia sensus
H umani protrudit eò: ut quod munere cœli,
N aturæq; aura licitum, pulchrumq; capessat,
I d propria noxa illicitum, deformeq; reddat.
Q ui globus extremo numeratur ab orbe secundus,
E x serie pariter censetur habere secunda
S pirituum: cuius motu, afflatuq;, quod infra
M ittat uirtutis, capiat: motore secundi
O rdinis hoc ipso spirante, globumq; secundum
C onuertente, fluit uirtus ad quasq; parandas,

C *ondendasq́; artes : quæcunque manu, ſtudioq́;*
H *umano nitantur : & attingant rationem*
C *ommunem uitæ, & uiuendi publicum ad uſum*
A *ttineant. quòd ſint alijs alij magis apti*
A *rtibus : & quòd nuſquam non artes habeantur,*
E *tſi alijs aliæ fœlicius exercentur*
P *ro ratione loci, uel temporis : orbis agente*
I *ſtius ex motore fluit : cuius quoque fluxu,*
E *t uirtute fit, ut diuerſa negotia agantur,*
E *t pro diuerſis commertia publica rerum*
V *ſibus inſtituantur. agit quæ cura Sicanos*
I *n Latium, quæ cura Italos deducit ad oram*
S *icaniæ, uirtute globi motrice ſecundi*
C *ontingit : modò propoſito in primis ſubeatur*
P *roficiendi publicè, & uſibus auxiliandi,*
A *c ſuccurrendi communibus, atque neceſſis.*
Q *uòd ſi turpis amor lucri, ſi cæca cupido*
D *iteſcendi, hominem rapit ad commertia agenda,*
E *t pro re minimè frugi, minimeq́; neceſſa*
V *rget ad externas regiones : iſtius orbis*
M *otori minus id planè fuerit tribuendum.*
Q *uicquid auaritia, inſanaq́; cupidine habendi*
P *eccatur, homini, non cœlo adſcribere oportet.*
E *ſt quæ deprauat, temeratq́; fluentis ab orbe*
C *œleſti uirtutis agentem conditionem,*
S *enſibus indulgens humana libido, ſitisq́;*
I *mproba auaritiæ. qui nobis proximus orbis*
R *eſtat, & extremam citimus terris ſibi ſedem*
O *ccupat, atque locum, motore rotatur ab uno,*
S *pirituum extremo qui ſit ex ordine, quiq́;*

E x cœtu angelico exiſtat: cuius quidem agente
V irtute inferiora mouentur, & afficiuntur
C orpora mirificè propter motus propioris,
V iciniq; magis ſeriem. motus celer huius
O rbis ſe multa uirtute per inferiores
N aturas fundit: multum uirtute propinqua
S ingula quæque fouet, nutrit, auget. globus iſte
M otoris uirtute ſcatens irrorat abundè
I nferiorum corporibus: nulloq; cadente,
A ut ſubeunte interſtitio, ſubiecta elementa
D iſponit ſingillatim, miſſoq; deorſum
F omento, ſeſe per ſingula quæque animata
I nſinuat, nullumq; genus rerum, atque animantũ,
C ui ſe non indat, cui non aſpiret, haberi
P ermittit. Quin uis, uirtuſq; eiuſmodi ab orbis
H oc motore fluit, quæ cuſtodire, tueri,
A c interpellare putetur quodq; animatum,
P ræcipueq; hominem: ſiquid contingat agendum
E ſſe, quod expediat cuiuſque ſuæ rationi
P riuatæ: & quod ſingillatim conditionem
R eſpiciat cuiuſque. globi uirtute fit huius,
V t monitis hominis ſe præbeat inſtituendum
A lter homo, & diſcat prorſus, documentaq; ſumat
A lterius ſuggeſtu hominis. quòd cura docendi
A lterius homini ſumatur, & accuratè
O fficium ſubeatur, agit conuerſio ſphæræ
I ſtius citimæ, ſeu ſpiritus ordinis imi,
A ngeliciq; chori motor: cuius quoque præſens
V irtus in cauſa eſt, ut fidi munere nunci
M ulta innoteſcant homini, officioq; monentis

P lurima tradantur noſcenda, perinde ſcienti
V tilia, ac accommoda. cum ſe reſpiciant ſic
M otores, orbesq; tenore, ac ordine, ut unus
P endeat ex alio; & prout unuſquiſque locatur
I nferiore loco, claſſemq; loci inferioris
O btinet: à ſupero ſic hauriat ordine uim, quam
D eferat inferius; hoc fit, ne ſit globus ullus,
V llaue uis motoris agens, operansq; quid infra
I n rerum, & mundi naturis, quæ rationem
O mnem operandi, & agendi non deducat ab una
M unifici, magniq; Dei uirtute potenti:
Q ua ſicut producta fuerunt, ſiue creata
O mnia, ſic quæque exiſtunt, operantur aguntq;.
V t prout eductum nihil eſt ſine numine, ſic nil
O mnino ſubſiſtit, agitq; operans niſi eodem
N umine uirtutem diuino ſufficiente:
Q uo ſimulatq; fuit diſtinctio facta globorum,
E t cœleſtia corpora certo ficta fuere
O rdine: lux metas iam pertingebat, iterq;
I am repetens, aliumq; diem allatura, ſecundo
F inem imponebat, complementumq; diei.

IVNIORIS LVDOVICI PARISETI REGIENSIS AD VARIVM TOLOMAEVM FRATREM

## THEOPOEIAE LIBER TERTIVS.


I fini Tolomææ aliquo diuina potestas
Circunscripta foret, metamq; agnosceret, ultra
Quam prodire minus posset: si sicut habetur
N aturæ fixo præscripta potentia quodam
L imite: diuini pariter se robur haberet
N uminis, hæreri posset, quanam ratione
E ffectum fuerit, fieri uel quiuerit, ut qui
N unc fulgere globi stellis, astrisq; uidentur
I mpactis: quorum motu, fluxuq; putentur
A fficere inferiora: sibi rationem operandi
P ollentem, motumq; potentem rebus haberent
E dendis: cum quæ uirtus cœlestis agatur
I nferius, positis prodire putetur ab astris
P ræcipue, & causa lucis, calidiq; fluentis,
Q uatenus efficiat quicquam, aut operetur, habere.
E tsi finita Deus est uirtute creando
V sus, mensuraq; potestatem faciendis
R ebus respondente exercuit, & nihil egit:
A d quod non esset quædam proportio agentis

V irtutis: tamen, immenſa cum prædituſ eſſet
V i, poſſetq́; nihil non edere, dummodo uellet:
N on eſt mirandum, ſi quæ uirtus erat, & uis
I nfinita, nihilq́; ideo, quod poſſet agenti
I ntercedere, habebat: uti directa uoluntas
E xtitit, omnino ſic egit. utique putandum eſt,
S ic egiſſe Deum, ſic impendiſſe creatis
O rbibus: etſi ſidereos nondum retinerent
I gnes: uirtutem motumq́;: ut quod ratione
L uminis, atque caloris, adeptis ignibus, inde
E ſſent acturi, nihilominus id cumulatæ
O fficio lucis ſuccedere poſſet. agentis
C um ratio uirtutis deducatur in orbes
E x motoribus, impingi quodcunque decoris
C auſa contingat, ſiquid uirtutis habere
C onſtet, non aliunde ſibi deſumere, quàm de
O rbis motore, & uirtute mouentis opinor.
Q uæ uirtus motoris agebat ſe reuolutas
P er ſphæras, eadem ſtellas, ignesq́; ſubiuit
A diectos ſphæris. quod uero contulit orbi
L ucens ornatus, quod de radiantibus aſtris
O rbibus acceſſit, ſuberat nihilominus ex ui
P rima motoris. quanuis propter rationem
A diectæ lucis, uim ſphæris accipiendi,
E t demittendi maiorem operaminis eſſe
A diectam, ſit credendum: tamen effluat ipſo
C um motore potens uirtus, princepsq́; operandi
C onditio. quæ uirtus acceſſiſſe uidetur
O rbibus ex aſtris, ad normam ſuſcipiendi
P ertinet augendam potius, quàm tendit ad auctū

P rimatis uirtutis, quæ radicitus hærens
T ota Deo se, intellectu motore ministro,
P ræbet fundendam, dispensandamq; per orbes
I nferioribus edendis, atque afficiendis.
P raeterea quæ lucis, & astri impactio facta est
O rbibus, in causa est, ut motus percipiantur,
A c deprendantur: quoniam quæ concolor orbis
T otius est facies, & uisum dissipat, astro:
I mpacto uariata potestatem facit, astri
V isilis officio, deprendendi rationem
M otus. Quocirca seu factæ conditionis
R em spectemus, seu condentis mirificam uim,
I mmensamq; potestatem intueamur, abunde
A pparere potest, quam sit minime dubitandum,
H ærendumq;, fuisse Deo fictos sine stellis,
S ideribusq; globos cœlestes, est temerari
I ngenij, stolidiq; animi dubitare, quid esse
E ffectum, quod nec disconueniat rationi
E ffectus, nec uirtuti, iuriq; repugnet
E fficientis. cum diuina potentia nullo
S it præscripta modo, nulliq; obnoxia metæ,
Q uin ualeat, quodcunque libet præstare: uideri
N equaquam mirum debet, si comperiatur
Q uid fecisse, quod obtusæ, pinguiq; Mineruæ
I nsolitum uideatur, & humanis alienum
S ensibus. ex captu, aut sensu nostræ ruditatis
A ctio non debet diuina coargui, & inde
D e rebus, rerumq; statu, uirtute creatis
D iuina, non debemus censere, nec ullum
I uditium proferre, quod interea uideatur

S ic nobis, nostrisq; ita sensibus apprendatur.
P ostquam igitur Deus omnipotens cœlestia finxit
C orpora, cœlestesq; globos motu uariato,
E t pulchra serie distinxit: cum repetito
O rbe diem iam lux cœpisset tertium inire:
A diecit ualidas uires, dextramq; potentem
A pplicuit condendis, formandisq; elementis
Q uattuor, ex quibus inde animalia, resq; caducæ
C onficerentur, & inferior natura referret
M ateriam, qua constaret, formasq; subinde
S usciperet. nam cum cœlestia corpora, quæ ui
A ctiua solum pollerent, & rationem
M utandi, minus immutari congrua, haberent.
P lasmasset Deus, à reliquaq; scidisset inerti
M ateria: quæ corpora uim pariter patientem,
A ctiuamq; tenerent: & quæ non minus essent
I mmutari, quàm mutare potentia: iusto
O rdine compegit, rectoq; tenore uicissim
D istinxit. porrò sunt quattuor hæc elementa,
Q uæ cum corporea nitantur simplicitate,
A d fingenda tamen, condendaq; singula quæque
C orpora conueniunt. uires, quas esse patescit
Q uadrifidas, sic mutuò partitas sibi habere
C omperiuntur, ut unumquodque duas uice quadã
C oncordi teneat, quas pro ratione suapte
A d res quascunqne edendas, fingendaq; quæque
I mpendat. uires calidi, & frigentis agentes,
H umidi, & arentis patientes ordine habent sic
C omposito, ut, cum cuique duplex uis competat, una
S it paciẽs, sit agens uero altera: quæ tamen ad rem

P roducendi ſic faciunt, ſpectantq́; : ſodali
S i ſint connexu iunctæ diſcordibus. hæc eſt
C onueniens diſcordia, & ex diſcordibus hæc eſt
C ompago, quæ componendi corporis omnem
V im tenet, & præſtat rationem. ea præterea uis
E ſt elementorum, ut quæ ſit diſcordia rebus
C ommoda condendis, componendiſq; neceſſa
C orporibus, ſit cauſa etiam, ut conuerſio fiat
M utua, & alterno mutatio mira ſequatur
C onuerſu, ex alioq́; aliud fiat elementum.
E x maſſa, quæcunque ſuperfuerat faciendis
O rbibus, & quæcunque reſederat inferiori
P arte loci, medioq́; loco regionis inerti
R eſtiterat uultu, pulchro Deus ordine, uiq́;
P ræſtanti eduxit, finxitq́; elementa, duobus
Q uorum fingendis, quod maſſæ inerat leuitatis,
E t quod adhuc ſubtile rudi, rarumq́; latebat
M ateria, fuit adiectum: qua ſit ratione
E ffectum: ut ſurſum ferrentur, eo tamen oræ,
S iue ſitus diſcrimine, ut unum pro leuitate
M aiori, ſe tolleret altius altero, & orbi
C œleſti extremo propius ſuccederet. iſtud
A etheris eſt elementum: quod leuitate ſuapte
S ic effertur, ut extremi ſe ſiſtat ad oram
O rbis: contiguoq́; globum pertingat adhæſu
C œleſtem: cuius uis duplex ſicca, calenſq́;
C um ſit, & idcirco geminam patiendi, & agendi
C ontineat rationem: tanto ſe potiori
M unere gignendis in rebus præſtat, habetq́;:
Q uanto uis calidi potioris iuris habetur

Actiuas

A ctiuas inter uires: quantoq; potenti
I ure magis calidum, ſiccumq; tenetur ab ipſo,
A quo, quæ reliquis elementis id genus inſunt
V ires, primatus ratione uidentur haberi
Q uadam, uel quodam maiori iure teneri.
Q uod tollatur præterea, ſurſumq; feratur,
A ëris eſt elementum, quod ſanè calidam uim,
H umentemq; tenens, rationem admittit agendi,
E t patiendi præſtantem in rebus generandis.
I ſtius uires elementi plurimum habere
M omenti, & multum conferre quibuſque putãtur
E dendis, ſuſtentandisq;: quibus uegetantur,
A c uitam ducunt, ſeruantq; animantia, uires
V iribus iſtius calidi, humentisq; elementi
R eſpondent: quoniam calido uertente, & agente,
H umenti uero patiente, ferenteq; ſeſe
I nuerti, nullum eſt animal, modò corpore conſtet,
E t naturali traducat conditione
V itam, quod non ſuſtineatur, alatur, agatq;.
H æ geminæ uires elementi tam generandis,
Q uàm ſuſtentandis animantibus expedientes,
M irificè ſeſe fundunt per cuncta animantum
C orpora: & indentes generi ſe cuique animato,
C orporeoq;, ferunt uiuendi munia, nec non
V itam conficiunt, uitamq; tuentur, & edunt.
E xpreſſo, elicitoq;, rudi de mole elemento
A etheris, & tenui ſublato corpore puri
A ëris, hærebat ſuperans craſſa, & lutulenta
M ateries: maſſæq; ſedimen totius, & fæx.
S icut enim uitro ſi turbida lympha nitenti

F undatur, crassedo simul limosa resedit:
P urior in uitri suprema parte uidetur
V nda, latexq; nitentior ad summam regionem
V isitur effundi uasis, tota lutulenti,
C rassosiq; liquaminis inferius resident
M ateria: haud aliter propè, quæ confusa, chaoq;
T urbida materies fuerat, simulatq; potentis
E st uirtute Dei distincta, & purior est pars
I psius ad sphæras cœli, lucemq; redacta,
E t sublata leues in formas ætheris, atque
A ëris: immistæ quicquid crassedinis, atque
I mpactæ grauitatis habebat: restitit ima
P arte, sedimentiq; instar subsedit, & hæsit
F undo. parte igitur quodcunque resederat ima
C rassamen, Deus expressum, & uirtute potenti
C olatum, in duo confinxit, secuitq; elementa.
Q uæ grauitate, & corporea ruditare palàm se
S ensibus obijcerent, seq; in sensus manifestos
T ransferrent noscenda. duo Deus hæc elementa
C ondidit, ut proprijs non solum uiribus ad rem
G ignendi facerent: aut respicerent rationem
P roducendi, uerùm etiam acciperent generata,
P roductisq; locum uiuendi, siue manendi
P ræberent. elementa tamen huiuscemodi non,
Q ualia sunt ipsa genuina simplicitate
C orporis, apparent nobis, nostrisq; palàm se
S ensibus exponunt, sed mistis uiribus, atque
C orporibus se subijciunt spectanda. quod undæ
C ernimus, & quod aquæ sensu exhaurimus, et usu
A ssiduo attrectamus: habet terrestre quid in se

I mmiſtum, & præter uires, quas pro genuina
C onditione tenet : reliquis aliquid ſibi miſtum
V endicat ex elementis : quo fit, ne modo, qua nos
V timur, unda ſibi uires proprias elementi
C ontineat, quæ ſint frigens, humectáq; , ſed uim
Q uandam etiam ætheris, & terræ arẽtem, calidáq;
M iſtam habeat : miſtiq; aliquam ſubeat rationem
C orporis. eiuſdem tellus rationis habetur
H æc, quã nos colimus, de qua uictum, atque cibatũ
C arpimus, & uitæ tot munia commoda agendæ
C olligimus. nam non ſolùm arentem, rigidamq;
V im retinet, cuiuſmodi habet ſimplex elementi
T erreſtris natura, ſed undæ etiã humido, & æthræ
F eruido agit, patiturq;. merum nimirum elementi
C orpus non tellus, quam cernimus, atque tuemur,
C ontinet : haud ſinceram elementi conditionem
V nda fluens, quam ſenſibus expoſitam, liquidoq;
C orpore conſtantem, in uitæ conuertimus uſum,
I nq; neceſſari uictus fulcimina terra
H aurimus, ſeruat : ſed mutua miſtio utranque
T am terræ, quàm undæ ſpeciem confundit, & illã,
Q uæcunque eſt genuina elementi, ſimplicitatem
A lterat, & miſtum de puro corpore corpus
E fficit. ad centri detruditur intima, quicquid
S implicitatis ineſt. ſiquid ſupereſſe putetur
A ctu ſincerum, & ſimplex, prout eſt elementi
P roprietas, ſeruant id forſitan intima centri.
N am propter facilem, quem mutuo, & alternatim
C onuerſum retinent elementa, & propter adhærẽs,
Q uod ratione ſitus prodit, conſortium, oportet :

A ccidat, ut nihil extrema ſe ſuggerat ora
Q uod ſpeciem, & corpus referat genuinum elemẽti,
E t quod ſit purum, & ſimplex, nullumq́; tenorem
M iſti contineat. quanuis elementa quid in ſe
S ingula contineant miſti, ratione propinqui
C orporis, interiusq́; ſuæ uires, ſpecimenq́;
N aturæ ſeruent, tamen extremam ſtationem
Q uæ duo ſunt ſortita, ſuáq; grauedine, ſiue
C raſſitie tam ſummiſſis hæſere locorum
O ris, quàm tactu, ac oculis ſubiecta fuere:
C larius inditium præbent, redduntq́; probatum,
T eſtatumq́; magis, quàm ſimplex non ſit habendũ,
Q uod cuiuſque elementi nomine ſignificatur,
E t quod ſenſibus acceptum deſeruit agendi
V ſibus. ex potiore ſui ratione uocatum
E ſt utrunque, prout uires longè potiores
E ſt utrunque animaduerſum retinere, elementi
N omine ſic illis ex uiribus appellatum,
C ui propriæ uires huiuſcemodi referantur
E ſſe. fit idcirco, ut quod præcipuè uideatur
O bſtippum, & ſolidum corpus, multoq́; rigore
A ffectum, & ſicca preſſum grauitate, uocetur
T erræ elementum. nam cum præcipuas ſibi uires
F rigidam, & arentem, quales ipſius habentur
C orporis, ac elementi ſimplicis: inueniatur
I d corpus retinere: ſibiq́; adſciſcere: iure,
E t meritò nomen, quod ſimplicis eſſe elementi
C onſtet, habet: licet exactam non præferat, & non
O ſtendat, quæ elementi eſt propria, ſimplicitatem.
N omen aquæ, humẽtiſ'ue elemẽti, ac frigidi adeptũ

E ſt non diſſimili ratione, quod humido abundat,
F rigentiq́; fluens corpus. quanuis rationem
I d corpus miſtam teneat ſic, ut minus eſſe
S implex noſcatur: tamen ob uires elementi
S implicis in primis adſcitas, præcipuoq́;
I ure relatas, tam ſimplex præfert elementum,
Q uàm cenſetur nomine ſimplicis ipſo elementi.
Q uattuor effinxit Deus omnipotens elementa:
I n quorum ſingillatim regionibus edi
E ffectus uarios uoluit, diuerſáq; ſigna
O ſtendi: quibus interdum expergiſceret ægras,
T orpentesq́; hominum mentes, ſenſusq́; moueret
N onnunquam ad mirum mortales concipiendum,
Q uod prodeſſe aliquid poſſit pro relligione
I nducenda, animisq́; laceſſendis ad honeſta,
E t diuina. Deus pro mirifica bonitate,
E t charitate ſua, nil prætermiſit agendo,
C ondendoq́;, quod humanis conferre mouendis
S enſibus, ad cultumq́; æqui, curamq́; trahendis
P oſſet. ut obſeſſos uitijs, turpiq́; ueterno
I mplicitos homines adduceret, atque moueret
A d uitæ frugem melioris: & ad rationem
S anius, & laudabilius uiuendi ineundam:
M ira procurauit Deus efficienda ſecundis
E x cauſis: quibus ad primæ miramina cauſæ
Q uiq; homines agerentur: & à brutalis inerti
N aturæ ſomno traherentur ad excutienda,
E t uerſanda animo diuina, ſuiq; putandum
P ræſcriptum finis. Quapropter mira ſuapte
N on ſolum uirtute, operáq; creandi, palamq́;

E fficienda procurauit, ſed multa ſecundas
P er cauſas facienda etiam prodendaq́; mira
D iſpoſuit ratione : quibus, ſucceſſio iugis
C um non eſſet, ad afficiendum, ſiue mouendum
S enſum uis maior foret, & præſtantior. ergò
Q uæ Deus effinxit, certoq́; tenore locauit,
D iſpoſuitq́; elementa : loco, regioneq́; eorum
C uique ſigillatim conceſſa, mira patrari,
E t fieri uoluit : quæ dum deprenderet ultrò
S enſus, & acciperet : quærens animus rationem,
E t cauſam: ex humiliq́; aſſurgens, cuncta referret,
Q uò tandem foret expediens, & debita primi
E xigeret iuris ratio. non ulla elementi
E ſt regio : qua noluerit Deus effici, & edi
M irum aliquid, quo teſtaretur, ſiue probaret
O mni iure poteſtatem, uireſq́; operandi :
E tſi quæ mira acciderent : fierent'ue : elementis
N on minus ex ipſis ortum, cauſamq́; propinquam
A ciperent, quàm caſum ſortirentur in oris
I pſorum. quicquid mirum, dignumq́; notatu
E uenit in rerum natura: tam tribuendum
N on eſt naturæ : ut non ſolùm, quod parit, atque
F ert natura, Deo deferri debeat omne :
S ed natura etiam prorſus ſe debeat ipſam.
O mnipotens igitur Deus ætheria regione
S ic uarias edi ſpecies uoluit, uariaſq́;
E ffectus formas prodi, uiſuq́; capeſſi
H umano, ut numerare omnes, nedum ratione
E xplicita tractare, foret non difficilis tam,
Q uàm diuinæ operæ : quoniam quot corpora rerũ,

Tot ferè sunt species: quæ conspiciuntur in æthra
Ignitæ. quis enim uarios ardere Cometas
Nescit, & accensis procedere crinibus? instar
Promissæ barbæ succensa Pogonia fertur,
Et rutilante iuba discurrere cernitur. est quæ
Veloci cursu defertur Acontia: seq;
Instar habens iaculi, celeri uibramine tendit.
Xiphia pallenti apparet suffusa nitore,
Quæ nullis radijs, nulloq; corusca rubenti
Igne, refert mucrone, simulq; colore nitentis
Effigiem gladij. fuluo, illustriq; colore
Electrum referens, referens uultu, specieq;
Planiciem disci, se Disceus exerit actis
In ciclum radijs. profertur lucida Lampas,
Quæ flammas imitata facum consistit, & ignes
Erectos profert uibrante cacumine. curui
Quæ cornu speciem, formamq; Coratia gestat:
Et decrescenti paulatim stipite acutam
Desinit in metam, sese quandoque uidendam
Præbet, & insigni se profert lucida uultu.
Quæ doli speciem referat, formamq; Pithetes,
Visitur, & multo glomerata nitore refulget:
Compactæq; instar flammæ se sistit, & ardens,
Fumanti conclusa specu rutilare uidetur.
Hippeus igne iubas crispanti imitatus equinas
Se celeri motu, & radijs pernicibus offert
Spectandum, crebrisq; rotatibus inspiciendum.
Fit uillosa Hirci species: fit recta, teresq;
Hasta; Trabes fiunt: facies spinosa Triphonis
Apparet: clypei effigies diffunditur ardens.

I gneus oſtendit ſe circulus. efficiuntur
O rbes diuerſi, uariegatæq; coronæ.
S ed quid ego incaſſum complecti carmine tento
S ingula quæque leuis æthræ miracula, ſiue
O ſtenta? an tam uana animum fiducia cœpit?
V t ſperem uaſti me ſingula phaſmata poſſe
A etheris enumerare, meoq; referre modorum
C omplexu. nimis hæc longæ tractatio habetur
A mbagis. nimis eſt numerus diffuſus eorum,
Q uæ uarijs formis eduntur in æthere mira:
E t quæ diuino contingere poſſe ſtatuta
N umine ſunt oris ſublimibus ætheris. haud ſum
I gnarus, prout aſſerui modo, mira tot edi
P haſmata in ætheria regione, locisq; elementi
A etherij: ut nec noſtra ſcientia ſit ſatis illis
N oſcendis, nec eiſdem noſtra potentia prorſus
S ufficiat numerandis. diuerſi retulere
D iuerſa authores; quæ cuique aſpecta fuere,
A ut fido ſuſcepta relatu: ſunt ea ſcriptis
P rodita, & in noſtram per tempora multa redacta
N otitiam. licet obſeruata, relataq; tot ſint,
V t uix comprendi numero ualeant, tamen ingens
R eſtat adhuc numerus, quæ non conſpecta fuere,
V el nondum emicuere. Dei quæ munere, uiq;
D iuina cauſis ſublimibus, atque ſecundis
S unt conceſſa: nihil prohibet, quin prodere poſſint
S e ſemper, ſemperq; queant manifeſta nouo ſe
R eddere ſucceſſu. porrò non arcta ſecundis
V ſque adeò eſt cauſis conceſſa potentia, larga,
M unificaq; Dei dextra: quin poſſit in actus,

E ffectusq; nouos erumpere: donec agantur
T empora, temporeiq; sinat duratio motus.
E tsi, quid causæ tot phasmata proferat, audax
I ngenium monstrare hominis tentarit, & ustos
Q uosdam exhalatus terræ, quosdamq; uapores
H umentes undæ confinxerit, atque notarit:
C ur tamen interea tot sint uariata figuris,
E t tot imaginibus distincta, notare minus sunt
A nsi. quòd quandam suadendi comperiere,
V im, fucum'ue tenere, perinde licentia adacti
F irmarunt, ac si uerum prorsus reperissent,
A c deprendissent: sed ego de rebus opinor
H isce nihil adeo firmari posse, nihilq;
A udacter statui: ut quæcunque ferantur, & ultra
F irmentur super his, hominum mera suspicer esse
N ugamenta: merasq; sibi nimium tribuentis
I ngenij thecnas. discordia mutua falsum
A rguit: indicio satis est non esse quod aiunt
V erum, dissidium, quodcunque loci ratione,
I n quo huiuscemodi pariantur phasmata, inire
C omperiuntur. quandoquidem sunt, qui regioni
A ëris hæc summæ tribuant, sunt qui generari
A ethere in extremo credant: & comperiuntur,
Q ui cœlo, cœliq; globis quam plurima tradant
E x ipsis contingere. sed cum sedulitate
H umana, & captu ingenij non possit obiri
C ognitio perfecta rei cuiuspiam ab alto
P endentis, causamq; gradu propiore trahentis
E x uirtute Dei: cum quæ ratio sit agentis
I gnoti, minimè patiatur: ut accipiantur

P erfectè effectus, frustra solertia, uisq;
H umani ingenij causis inhiare uidetur
N oscendis rerum, rerumq; latentibus, atque
A bstrusis rationibus inuigilare sciendis.
N am cum sit quædam causæ proportio cum re
E ffecta: cum sit respectus agentis ad actum
P articipans quidam: qui primas causa, & origo
E st Deus, ignotæ cum sit rationis, & omnem
C aptum animi excedat: fieri non posse putamus,
V t possimus eis perfectè percipiendis
S ufficere, ad quæcunque Deus se præstat agenda.
S ed cum cunctorum, uarijs licet interuallis,
S e præstet Deus. actorem, causamq;: uidetur
C ognitio cuiusque rei tantò minus esse
S peranda, & captanda homini: quantò propiori
A ccessu, causáq; Deum respectet. eò res
Q uæque homini sese perfectius agnoscendam
P ræstabit: quò pluribus abfuerit gradibus, seu
I nteruallis à summa, primateq; causa.
Q uapropter cum se cœlestia corpora, seu res
S ublimes propiore gradu credantur habere
A d primam causam, authoremq; Deum potiori
I ure referre, ideò, siquid mortalibus est, quod
E sse queat notum, tam non existit eornm
D e numero, quæ sint supera, aut cœlestia: ut ipsis
N oscendis frustra insistat, frustráq; laboret
S edulitas humana. igitur non arbitror ullo
E sse modo nobis insistendum, neque curam,
A ut operam impendendam causis excutiendis,
A c indagandis rerum sublimium. ad ipsum

C *uncta Deum primam causam, causamq́; parẽtem*
C *ausarum referenda reor, quæ cum manifesta*
S *it magis, apparésq; magis, quàm incognita cuiquã*
E *sse queat, quid frustra alias inquirere causas*
E *xpedit? at dum dico Deum causam esse patentẽ,*
S *entio de causæ, non naturæ ratione.*
V *t patet esse Deum causam, sic esse secundas*
A *pparet causas. sed quorsum, siue quousque*
S *e causæ tandem extendant, uergantq; secundæ,*
E *t quales sese præstent ad singula quæque*
E *fficienda, aliter non fermè scire ualemus,*
A *ut aliquo pacto decernere, quàm ualeamus,*
Q *uis, qualisq; Deus, qualiq; potentia, & arte*
T *ot condat faciatq;: agnoscere, siue referre.*
V *t nullam causam, licet ar bitrer esse, secundam*
A *udeo phasmatibus certò præscribere: nec quid*
T *ot miris in sublimi apparentibus ora*
C *ausa sit, & causæ fungatur iure propinquæ,*
D *iffinire mihi præsumo: ita sentio, meq́;*
S *entire affirmo, regionibus ætheris edi*
P *hasmata, & ignitas uaria ratione figuras*
P *roduci. non me motus quis proximus orbis,*
N *on natura elementi commoda concipiendis*
F *lammis adducunt, ut opiner, & arbitrer ista*
A *etheria fieri regione: sed inclyta magni,*
E *t perfecta Dei circunspicientia, & erga*
I *psum hominẽ exactissima cautio, curaq́;, qua nil*
I *n tota rerum, & mundi compage reliquit,*
Q *uod rationẽ aliquã, aut momẽtũ aliquale iuuãdi*
N *on hominis retineret, & insigni, proprioq;*

E ffectu non polleret. uirtute benigna,
M unificaq; Deus bonitate reliquit omissum
I n rerum, mundiq; omni ratione nihil, quod
N on aliquo effectus decoramine prosequeretur,
A ut aliqua non afficeret mira speciatim
C onditione: quod effecit, ne quid foret omni
E x rerum specie: quod non insigniter, atque
C oràm mirificam testaretur bonitatem
I psius, atque potestatem: testandoq; abundè
N on hominem expergisceret ad finis rationem
D ucendam, uel eidem homini in uitæ peragendo
M unere non conduceret, aut succurreret: oram
A etheriam ueluti Deus addixit generandis
P hasmatibus, mirisq; nitoribus, atque figuris
E dendis, sic aëriæ sua tradidit oræ
M unera, & effectus miros concessit, ut aër
N on minus, ac æther miris effectibus ipsi
T um prodesse iuuando, tum conferre monendo
H umano generi posset: quin quo propiori
I nferioribus interuallo approximat aër:
E t tractu à terris breuiori distat, eo se
P ræbet, prospiciente Deo, maiore iuuandi,
A tque monendi hominis uirtute, suisq; notandis,
A c admirandis effectibus addit in usus
S e plures homini: quem non, miranda ferendo
E xcitat, atque monet solùm, sed commoda, & usu
O pportuna etiam demittendo iuuat: & non
T am ratione animi ad finem conducit agendi
P ensandum, quàm corporibus quam plurima cõfert
C ommoda. quis nescit nitidos ex aëre rores

I nferius manare ? quibus tellus hilarescat :
L ætentur uirides herbæ, floresq; nitescant
M ultijugi, & læto surgant de cespite uultu.
R ore nitent flores, herbæ pascuntur, & auctum
S uscipiunt, medicumq; trahunt, capiũtq; uigorem.
C ommodus arboribus ros concipientibus : aptus
F ructibus edendis, animantibus utilis. udo
M ella leguntur api de rore fluentia : deq;
R ore uenit, quodcunque udis ex floribus haustum,
C ollectumq; reconditur ad condenda fauorum
O rgana. multiplex roris decernitur usus
E sse homini, seu, quam capiat, sumatq; suopte
I ngenio, utilitas spectetur : seu reputetur,
Q uod sibi decerpat, uel colligat utilitatis
I nteruentu alienæ operæ. descendit ab ora
A ëris eiusdem, terræ gratissimus imber
A renti, quam non solum fœcundat, & implet
F œtibus, & causam pariendi præstat, & affert:
V erùm etiam, quæcunque tulit fœcunda, forasq;
E xtrudit pleno partu, suffulcit, & auget,
I mpenditq; alimenta. nihil producitur hærens
T elluri, crescitq; : quod imbris munere non uim
S uscipiat tam crescendi, quàm progrediendi
I n lucem, & non aërio sibi sumat ab imbre
F omentum. quicqnid tellus radicibus infert
A rboreis succi, qui denique conuertatur
I n uarios fructus, suauemq; animantibus escam,
A ërio parte ex magna deducit ab imbre.
I mber ab excelsi media regione profusus
A ëris, in gremium magnæ, uenasq; parentis

S uccedit, ſubienſq; uteri penetralia uaſti
F œcundat : uarijſq; grauem prouentibus aluum
R eddit : & ad fœtus uarios ſe ſufficit : inq;
O mnigenas uegeti generis ſe præbet agendum
N aturas, ſpeciesúe. nihil non imbre fouetur,
N utriturq; ueges. graciles ex imbre capeſſunt
H erbæ nutrimen, ſumuntq; alimenta, quibus ſe
S uſtineant, floreſq; ferant, & fertile ſemen.
A rboreæ ſpecies, fruticum genus omne uirendi,
E t producendi referunt ex imbre uigorem :
N ullaq; progrediens uaſta telluris ab aluo
R es, ſpecieſq; extat, quæ non fomenta cadenti
E x imbre accipiat : quæ non foueatur ab imbris
S uggeſtu. quin quodq; genus, ſpecimenq; animãtũ,
S eu quæ perrepunt, ſeu quæ pedibus gradiuntur,
S eu quæ pernici percurrunt aëra pennæ
R emigio, ſibi præcipuum, uitaleq; ab imbre
S uſcipiunt munus. quæcunque alimenta trahendæ
C ommoda ſint uitæ, carpunt ex ubere terræ,
Q uæ parit, educitq; imbri fœcundata ſucto.
C um quæ ſuppeditat brutis alimenta, ciboſq;
T erra, eadem nobis ſat conuenientia alendis
P roferat, aërio quantum ſe ſuggerat uſus
E x imbre humano generi, qui neſciat, eſſe
P enè poteſt nemo. quæ tractu flamina aguntur
A ërio, lenes quæcunqe per aëra fuſæ
D iſcurrunt auræ præter uim proficiendi,
V irtutemq; iuuandi, quam cenſentur habere
S enſilis, & uegeti generis ratione : quid uſus
F erre queunt animis? quantum conferre mouendo

In diuina homini? quantum quæ mira feruntur
De uirtute Dei, & naturæ inuisilis actu,
Credendis, fideiq; humanæ conciliandis,
Et commendandis poterunt conducere? uentum,
Quem non prospicimus, cuius non cernimus ullum
Corpus, nec sensu capimus: tam mira operari
Noscimus, & tanto ferri per inane fragore
Sentimus. si quem, uel cuius corpus obire
Non quimus uisu, & nulla uirtute uidendi
Percipimus, deprendimus omnino, penitusq;
Accipimus tanto strepitu, tantoq; cieri
Impetu, ut abrumpat ramos, truncosq; reuellat:
Et solidas quercus radicibus eruat altis:
Cur quæ diuini perhibetur numinis esse
Vis, uirtusq;, licet sensum transcendat, & expers
Corporis humano captu non percipiatur:
Non est credenda, & plena fidei ratione
Censenda? ex uento mortales discere sat nos
Possumus: excelsi quantum non sit dubitandum
De uirtute Dei, seu de ratione operandi
Diuina. uindex non ab re noster Apellam
Dicitur exemplo uenti monuisse, capessi
Quæ nequeat uirtus operans diuina, negari,
Aut uerti in dubium, quam non ideò mereatur
Quòd sensu apprendi non possit, & intellectu
Agnosci. cuius uenti uim credimus, et si
Ventum non quimus deprendere sensibus: is nos
Commoueat, nos interpellet ad agnitionem
Diuinæ uirtutis, & ad miram Dei agentis
Credendam uim, uersandamq; animo, licet ipse

N on ualeat Deus apprendi, noſtroq́; capeſſi
I ngenio. rigidæ manant regione pruinæ
A ëria : quæ per frondes, herbaſq́; uirentes
F uſæ, natiuum rigido candore uirorem
O bducunt : canaq́; tegunt aſpergine ſummam
T elluris faciem. ſe fundunt aëre, craſſæ
Q uæ uiſum nebulæ obtundant, aciemq́; uidentis
E xcludant oculi, & madida fuſcedine inumbrent
A ſpectum, cingantq́; uda caligine terras :
O bnubunt purum pendentes aëra nubes
M iſſuræ pluuias, imbriſq́; liquamina crebri :
E t prohibent, cœli regio ne pura pateſcat
L uminibus, facieſq́; aſtri ſolaris ad imas
P erueniat terras radijs rutilantibus. aër
G randinis ad terras pellucida fruſta gelatæ
D ecutit : & glomulos glaciati deijcit imbris
C rebrentes : quibus incutiantur tecta, ſonentq́;
I mbriceæ tegulæ : denſæq́; umbracula frondis
S oluantur, ſegeteſq́; immiti fruge terantur.
C andida ſpumoſo, & rarenti corpore ſe nix
A ërio tractu deuoluit, & ad regiones
T erreſtres leni motu delata, tenaci
C oncretu montes operit, campoſq́; patentes
O bruit, & totam terram facit eſſe coloris
V nius, albentiq́; ſolum tegit omne rigore.
H æc hyemis comes, & brumæ frigentis amica,
Q uæ tellus retin t pariendi ſemina, qu aſq́;
I n fœtum uires fœcunda continet aluo
T erra, premens intus, facit, ut maioribus inde
V iribus incluſum promat recreata uigorem,

Et quas

E t quas contraxit ducta uires requiete,
E xerat : & ualido robuſtior efferat actu.
A ëre uerſicolor nebuloſo uiſitur arcus,
A tque Iris uarijs depicta coloribus offert
S e uiſu miram : cuius cauſam , & rationem
D effinire uolens humana audacia plures
I n ſcopulos impegit, & eſt fruſtrata laborem.
A ëris in campis pariter Fulgetra refractis
N ubibus erumpunt : ſuccenſáq; lampadis inſtar
E lucent , latoq; magis producta uapore,
N on adeò magno, uehementiq; impetu aguntur.
N on adeò magno prorumpunt impetu,& ignes
N on adeò ualidos protrudunt fulgura , ſicut
F ulmina, quæ tractu , & campo erumpentia eodē
A ëris , eduntur potiori robore ruptis
N ubibus, & ualido magis, & magis igne coacto
T ruduntur: tonitruſq; ſono maiore feruntur.
Q uæ ſe fulguribus ſtrepitoſa tonitrua miſcent :
L ongè maiori comitantur fulmina bombo,
A c ſtrepitu. ſed quid tam magno fulmina motu,
A ut ſonitu mirum prorumpere : cum feriendo
R amoſas quercus diſcerpant, altáq; tecta
D iſiiciant, penetrentq; domos,muroſq; terebrent:
E t turres in proceras impacta refringant
M armora , & abrupta ſolidæ teſtudine molis
I rrumpant, reſerentq; cubilia clauſa , ferantq;
I nterius ſua tam , quàm cœli lumina : quorum
V i quoque cum fiat, ueluti perhibetur , ut æris
I llæſis fiſcis ſoluatur maſſa , fluatq;
I ntactis obbis uini liquor , ambigo ui ne

M aiori impingantur, an insinuent potiori
S e uirtute: quid id miri, Deus optime, facti est?
Q uin potius quænam sunt hæc miracula? quæ sunt
H æc, diuine opifex, manuum miranda tuarum
P lasmata? quis tandem consideret, ingenioq;
A estimet ista tuo tot condita numine? quem non
M agna tuæ capiat uirtutis opinio? quenq;
N on insignis agat tam magni, tamq; potentis
A rtifici admiratio ad obseruandum, & honore
T e summo afficiendum? quem non est reputandum
E sse tui magnam omnino rationem habiturum
N uminis, atque tibi impẽsurum plurimum honoris,
Q ui mentem aduertens perpendat singula mira,
P ræstanti quæcunque tua uirtute, tuoq;
N uminis auspicio fieri, & contingere in ora
A ëria statuisti? quis pensarit, ut atræ
S e subitò offundant nubes, ac aëre in alto
S uspensæ grauido teneant se corpore: seq;
I n pluuias soluant, qui non intelligat istud
N uminis esse tui: idcircoq; tibi tribuendum
N on arbitretur cultum? quid roris amœni
F luxum, quid niuium floculos, quid frusta rigentis
G randinis, & tanto memorem uibrata tonitru
F ulmina? nonne tui conuincunt numinis hæc uim
O mnia? non'ne tuæ sunt argumenta potentis
V irtutis manifesta? prout manifesta putamus
A rgumenta tui præstantis numinis, atque
V irtutis, quæcunque leui metheora uidentur
A ëre proferri, sic exactam rationem
R emur comprendi non posse aliquatenus horum:

D e quibus allatas adeò non approbo causas:
V t certi super his nihil arbitrer esse notatum,
N ec quicquam ueri deprensum suspicer esse.
Q uæ tu fecisti, produxistiq́; creator
O mnipotens, nostrum sic captum excedere eorum
C enseo naturam, ut nullo pertingere ad ipsam
N oscendam pacto possimus, lumina quoquo
V ertimus: & quocunque aciem deflectimus acrem
I ngenij: nusquam non argumenta tuæ se
O bijciunt uirtutis: nusquam non monumenta
A pparent præclara tuæ præstantiæ, & artis
E xactæ. sed quò spectamus ubiq́; locorum
P lura: quibus constare queat tua summa potestas,
E t quibus agnosci tua perfectissima uirtus
P ossit, eò ferè debiliores, & rudiores
N os sumus in natura, conditioneq́; eorum
P ercipienda: quam dum secta superstitiosa
P hilosophantum hominum scrutãdam proposuere,
S cribendamq́; sibi: tam contriuere labores,
Q uàm præter rem quærendi studio incubuere,
Q uandoquidem quæ scire minus potuere, quibusq́;
P erceptis etiam nihil utilitatis adepti
E ssent respectu finis, propriæq́; salutis:
C ura exquirentes indagantesq́; tenaci,
T am lusere operam indagandi, quàm rationem
E xpertem fructus iniere: sed interea nos,
Q uos pro mirifica bonitate tua, & charitate
S umme pater monitos uoluisti munere fili,
C unctorum, quæcunque queant conferre saluti
Q uærendæ, & quorum studijs incumbere prosit,

E xpediatq; homini : tantò minus hisce studere
Q uærendis debemus : quantò percipiendi
C larius omnino rationem scimus inanem,
E t uacuam fructus: quantoq; patentius, atque
C ertius apparet nobis, huiusmodi adlipsum
I ndagata nihil finem spectare, reiq;
N il nostræ, nostræq; nihil conferre saluti.
H æc animo solum repetamus mira frequenti,
E t memori ingenio sic euoluamus : ut ad te
O mnipotens opifex referentes omnia, & omnem
C ausam uertentes, te plena mente colendum,
A tque obseruandum sumamus, & assiduò te
M irantes, quem debemus, præstemus honorem,
A c cultum, studiumq; tui subeamus amandi.
S icut enim mira hæc animo perpendere, siue
P ercensere, Deumq; authorem agnoscere, multum
Q uit prodesse homini ad cultũ, studiumq; mouendo
R elligionis, & ipsius, qui causa sit horum
P rima, Dei : sic naturam, causamq; propinquam
Q uærere, & ad certas traducere singula quæque
C ausarum rationes: traducendoq; causas
S ensibiles afferre, minus conducit agendis
A d diuina animis, cultumq; Dei referendis.
N am fit, ut incertas dum causas quærere, curæ est,
N on minus in falsum impingãt, quàm principis, atq;
I ndubiæ causæ ius lædere comperiantur :
E t deprendantur secus, ac deceat, rationem
N uminis, & causæ ueræ, & primatis habere.
C ausæ igitur primæ, ueræq; habita ratione
I am gradiamur ad effectus, & mira elementi

T ertij, & undantis referenda. ſimul Deus undam
A bduxit terra, & totum contraxit aquarum
A gmen in exertas terræ, uaſtasq; lacunas:
S ic terræ corpus grauiori pondere preſſum
I nferiore loco fecit conſidere, ut undam
S uſtentaret, & extrema regione locata
O rbis totius ſedem ſubſterneret undæ
L abenti, ſuperisq; loco depreſſa, iacensq;
S ubijceretur aquis, cuſtodito tamen hocce
O rdine, ſeu ratione, ut terra habitanda animanti,
S eſe efferret aquis, cumuliq; emergeret inſtar.
F rigidi, & humentis ſpeciem, nomenq; elementi
Q uæ gerit unda, modis uarijs ſe præſtat, habetq;:
E t uarios præfert effectus: miraq; multa
C ontinet, eximiam uim, uirtutemq; potentem
D iuinam teſtantia, & immenſam ipſius artem,
Q ui fecit, ſtatuitq;, Dei oſtendentia. multis
S eſe habet iſta modis ſpecies undoſa elementi.
N am ſe per fontes nitidos exuſcitat: & ſe
P ræcipitem uoluit per flumina lata. quietis
R eſtagnat lacubus: uaſtoq; exundat hiatu
A equoris, & late magno maris æſtuat alueo.
N on eſt unius tota hæc ſpecies elementi
C onditionis, & effectus, nec mira tenore
V no, eodemq; refert: generisq; unius habet. nam
I nſipidæ, ſeu dulcis aquæ ſunt flumina. ſalſa
A equor aqua conſtat. non unius rationis,
A ut generis latices funduntur fontibus. eſt fons
Q ui dulcem profundat aquam, potuq; liquores
I ucundos ferat, innocuoq; rigore bibendos.

Q uì calidas iaculetur aquas, qui fundat amaras,
E t qui ſulphureas medicos expromat in uſus,
F ons eſt. nam thermæ de fontibus exilientes,
T ot miris conſtant rationibus, & tot abundant
D iſtinctis uirtutibus: ut non corpora plures
P enè premant morbi, quàm quos curare medendo
S ufficiant. tot aquis inſunt miræ, atque potentes
V irtutes: tot aquarum ſunt operamina, ſiue
E ffectus, & tam miris rationibus eſſe
P ollentes tradũtur aquæ, ut quàm ſumma poteſtas,
E t uirtus non poſſit non intelligi apertè
I llius: de quo effectus profluxerit omnis,
E t uirtus in aquas: quarum ſi fortè putetur
E x ſenſu authorum uariatio, conditioni
T erræ deberi, nihil eſt, cur non ratione
T erræ æquè uirtus diuina probetur, & omnis
N on tandem uirtutis origo, principiumq;
A d numen, uireſq; Dei referatur. ab ipſo
Q uæque Deo uirtus ortum trahit, atque uigorem.
E ſt ratio nulla efficiendi, ſiue operandi:
Q uæ non efficiente Deo, ac operante paretur,
S ubſiſtatq;. maris quòd ſalſa ſit unda, quòd unda
S it dulcis fluuialis: agit diuina poteſtas,
E t uirtus arcana fluens, operanſq; per omnes
R erum naturas. nam ſeu, tenuem rapiente
H umorem in ſublime calenti ſidere, fiat
S alſedo, cum quod ſupereſt, inſtar habeat ſe
I nconcocti excrementi, ſeu halante uapore
T erræ, quæ ſalſa, & ſe commiſcente oriatur:
C um nec ſit terræ, nec ſideris ulla calentis

C onditio, aut uirtus: quæ non procedat, & ortum
N on trahat à uirrute Dei: quodcunque ministra
V i terræ, aut solis fieri contingit, oportet
A dscribi, tribuiq; Deo: qui quicquid habetur
V irtutis tam terræ, quàm solis ratione,
A fferat, infundat, disseminet, ordinet. at cum
D issiliant uariè humani commenta laboris,
E t dubiam reddat dissensio mutua causam:
E xpedit, ad certam causam conuertere mentem,
D untaxatq; Deum, qui sit certissimus author,
V eráq; causa, animo uersare: in cuius honorem,
M iratumq; parum non mens humana moueri
Q uibit, abundanter si perpendatur, uti se
A ssiduo fluxu deuoluant in mare magna
F lumina, & excrescat nihilomagis æquor. an istud
Q uisquam commentitius edere Tartari hiatus
O mnia tam promens, quàm sorbens flumina, quodã
O rdine seruato, est censendus? lata'ue, semper
E xuggente aliquid solari sidere, ponti
P lanities instar tabulæ cuiuspiam habens se,
C ui super infusus cyathus sit labilis undæ:
E fficit: ut fusis tot fluminibus nihil auctus
C ontingat? sunt hæc hominum commenta secundũ
S ensibilem captum compacta, modumq; putatus
H umani exilem: quæ non reor explodenda,
Q uatenus ad causam possint conducere primam
N oscendam, & uertendam animo. tantò reor in re
N aturæ ignota unumquenque probabiliorem
S ensum, momenti quantò fuerit potioris,
E t quantò tendet dirrectius ad statuendum

D iuinum cultum, memoremq; Dei, & studiosum
E fficiédum hominem, ad diuináq; munera agédũ.
S iquid in undosi specie, liquidiq; elementi
E xistit, cuius causa admiratio possit
N obis inferri: qua commoueamur in eius,
Q ui tantum miri condens impendit, honorem,
E t contemplatum: est certis maris æstus in horis
A dueniens, certosq; dies, quibus exoriatur,
O bseruans. quis enim non admiretur abundè,
N on aliter ferè se mare, dum trahit, atque remittit
F luxũ, quàm uiuens animal, dũ mittit, & haurit
S piritum, habere? quid internæ rationis habetur?
Q uid'ue penetralis residet uirtutis: ut unda
S e maris emittendo, trahendoq;, munus obire,
V t uiuens, uideatur? & haud aliter propè, quàm si
P olleret ratione: statis se ferre mouendo
T emporibus: certumq;, alterno munere motus,
H orarum seruare modum spectetur? ad astra,
V t lubet, id miri referant, quicunque latentes
N aturæ causas studuerunt quærere: dum non
A dducant quicquam: quod constet, & explicitæ sit,
A c concludentis rationis. ut id referendum
M iracli rear esse aliò, quàm numinis ad uim
D iuini, non antè quidem contingere posse
C enseo, quàm sensu quicquam percepero clari,
A ut ueri super hacce rei farragine. miræ
Q uicquid, & absconsæ in rebus rationis habetur
N aturæ, non cuiquam alij causæ tribuendum
C enseo, quàm primæ, cuius cum mira, latensq;
S it natura: minus mirum, si rebus inhæret:

R esq; subit mira ratione, modoq; latenti.
H ic possem liquidi quàm plurima mira elementi
T radere, mirificosq; effectus commemorare
M ateriæ undantis. possem excutiendo marinos
T ractus: & uarios tam fontes, quàm fluuiorum
D iuersas rationes explorando, referre
E ffectus miros, mirandaq; plurima nutu,
E t uirtute Dei fluido concessa elemento.
S ed quia complecti seriatim singula non tam
T ractatus prolixi, quàm conaminis esset
A mbitiosi, suffectura putabimus ad rem
P ropositam, quæcunque breui complexa fuere
T ractatu. nam sicut singula quæque elementi
A etheris, aëriæq; plagæ miranda professi
N on sumus enumerare, sed innumeris propè missis
P auca recensuimus: quæ duximus opportuna
P ro sumptæ ratione rei expedienter agenda:
N on aliter, terti tractando mira elementi,
P rætereunda mihi statuo quàm plurima: quæ uim
N on minus egregiam prætendant numinis, à quo
P rouenìant, quàm significent, illustreq; reddant,
N il non posse Deo fieri, & nullius egentem
E sse Deum uirtutis, & omnibus esse potentem
E dendis. non cuncta pari ratione elementi
P rosequar extremi miranda, nec enumerabo
Q uosq; plagæ miros terrestri conuenientes
E ffectus. elementum terræ, siue elementi
T errestris species: quæ pro grauitate, rudiq;
M ateria, extremas orbis totius adepta
E st partes, mediam se continet, & parili se

V ndique circuitu ſubducens, hæret in orbis
S ic meditullio : ut extrema tamen hæreat, atque
S ubſidat parte. hæc medio ſuſpenſa tenetur
O rbe, grauiq; inſiſtens corpore pendet, & auris
L ibrata aërijs ex omni parte pari ſe
S ub cœlo, cœliq; globis diſcrimine ſiſtit.
Q uòd graue tā corpus ſuſpenſum pendeat, & quòd
T am moles oneroſa leui libretur ab aura,
E t tenui ſtabilis conſiſtat in aëre: mirum
E ſt planè, magnamq; Dei, nimiumq; potentem
V irtutem teſtatur, & arguit. ut grauis autem
H æc eadem moles, tam magno corpore ſiſtens
N utet, & excuſſu tremulo uacillet: & illo,
Q uo ſe firma ſtatu ſiſtit; moueatur, apertè
C ontingit. quænam tam miri cauſa citatus?
Q uæ uis tam uaſti grauitatem corporis urget
I n motum? & terram tam magno pondere firmā,
H ærentemq; loco mouet, & nutare tremore
A ffectam compellit? an id nutus tremebundi
E x ui uentoſa interius ſubeunte, cauiſq;
T erræ uiſceribus, ſeu uenis ſe inſinuante
E uenit? an cœleſti aliquo procedit ab orbe,
S idereó ue globo? neutro procedere pacto
S uſpicor. hoc fieri diuino numine credo
P rorſus, & arcana quadam uirtute mouente,
Q uæ ſe per cunctas ſpecies, & corpora quæque
E uehit, & miris ſeſe rationibus effert,
O ſtenditq; Dei, cuius ſit, quò manifeſta
H umanis animis miranda potentia fiat.
Q uid memorem miros motæ telluris hiatus?

Quid tremulum terræ ſpacium, ſenſamq́; moueri
Ingreſſu terram referam? quid montibus ignes
Egeſtos, flammasq́; ſolo prorumpere uiſas
Enarrem? non terræ ſingula quæque referre
Mira, puto referre. tot interea eſſe relata
Sufficiat, quot ſufficere, & ſatis eſſe uideri
Poſſunt diuinæ uirtuti ſignificandæ:
Monſtrandisq́; Dei, queis tam mira efficiantur,
Viribus. hæc terræ quos mira relata mouere
Non poterunt animos: quas mentes ad Dei habendã
Non poterunt aliquam rationem adducere mira
Explicita: hos ullis alijs non arbitror iri
Motum. præterea cum fœturæ, & decora ipſa
Telluris conducant, expediantq́; mouendis
In diuina animis: & multum ponderis, atque
Momenti conferre queant ad cognitionem,
Miratumq́; Dei mortalibus inſinuandum
Pectoribus: non multa referri mira neceſſe
Eſt adeò in terra, & ſpecie terreni elementi
Contingentia. nam cum, quæ ex terra generentur,
Proueniantq́;, Dei uirtute, Deoq́; uigorem
Sufficiente, tot exiſtant, ut uix numerari,
Cenſeriq́; queant: ex iſtis quæ memorabo,
Non tam pro numero ipſorum, qui maior habetur,
Quàm facile amplecti poſſit; quàm pro reliquorum
Defectu, quæ contingentia mira ferebam
Prætermiſſa, putabo ſuffectura: ſatisq́;
Pro ratione rei, quam molior, eſſe futura.
In caua terrarum poſtquam Deus agmẽ aquarum
Contraxit, totumq́; fluens ſeiunxit in unam

C ongeriem : in latiq́; maris ſpacioſa redegit
A equora : quod ſolidi exiſtebat corporis, unà
C ontractum ſubitò cœpit dureſcere, ſeq́;
A renti facie præferre : apparuit arens
T erra ſuperficie, ſuperoq́; ſolo exiccata.
T erra ſolo nudo, & rerum nudata decore
O mni, deformi comparuit horrida uultu.
N on erat ulla uirens ſpecies, herboſaq́; forma:
S ed ſeſe uaſto fundebat corpore ſquallor.
E xerti ſtabant montes nullis uiridantes
S yluarum, nemorumq́; comis. non ulla uirebat
G ramine planities, uarijs non arua nitebant
H erbarum formis, uarios per plana colores
F undebant nulli flores. non prata, nec ulla
C ulta exiſtebant: tellus incompta rigenſq́;
O mnis erat : ſpecieq́; carens nil frugis habebat,
N il fruticis, nil arborei decoraminis, atque
P rouentus. non ulla ferax digeſta per agros
V itis erat. nullo frondebat uinea colle.
V nus erat terræ uultus, niſi quatenus ipſa
I nter ſe differre ſitus ratione, habituſq́;
N atiui cauſa deprendebatur. at ingens,
E xcellenſq́; Dei bonitas, & larga poteſtas
N on eſt paſſa diu terram ſordere ſine ullo
O rnatu, ſteriliq́; ſitu torpeſcere. iuſſit
E rgò Deus uirides herbas prorumpere, ſeq́;
P er campos, colleſq́; habili diffundere cultu.
H erbarum mandante Deo tot germina, totq́;
E ductæ ſpecies : ut nec ſpeciebus earum,
N ec uirtutibus enumerandis ulla laboris,

A ut ſtudij humani ratio ſatis eſſe uideri
P oſſit. quas herbas numero tot iuſſit oriri,
E t prodire Deus, ſic formis, corporibusq;
D iſtinxit, necnon uariauit, ut eſſe figuras
T ot numero uarias, & tam diſcrimine ſectas
M ultiplici, mirum uiſu, mirumq; notatu
E xiſtat. uerùm cum ſint tot penè ſapores
H erbarum, quot formæ comperiuntur: haberi
I d tanto mirabilius, tantoq; notatu
D ignius omnino debet: quantò potiori
I nter ſe reperimus eos diſcrimine abeſſe,
A c differre. licet tellus, quæ quosq; ſapores
H erbis, herbarumq; ipſis radicibus indit,
I mmittitq;: eadem exiſtat, humoreq; eodem
I ndendo utatur, tamen ignota ratione,
A rcanoq; modo ſuccedit, ut una ſit acris
H erba ſaporis, amaritiamq; tenaciter imæ
C ontineat radice, ſit altera dulcis, & eſu,
E xuctuq; ferat ſuauem iucunda ſaporem.
V nde fit? ut cum terra eadem depaſcat eodem
H umoris ſucco ſpeciem radicis utranque:
C ontrari edatur penitus natura ſaporis?
A c idem ſuccus pro conditione trahentis
R adicis nunc dulceſcat, nunc fiat amarus?
Q uæ uis hæc arcana, latens quæ cauſa? ſapores
Q uæ tam diſcordes ſucco producit eodem:
E t tam conuerſu ſubito, motuq; propinquo,
Q uod nec amarum ſit, nec dulce: immutat? & uno
M omento tam dulce facit, quàm reddit amarum?
N on hæc uis terræ cenſeri debet: eodem

C um ſe pacto habeat . non eſt radicis habenda :
C um radix terra pariter generetur eadem.
Q uid ſupereſt igitur, niſi ut agnoſcamus, & omni
E xploſo dubio fateamur, numinis eſſe
H anc uim diuini : quæ nil reperit rationis
O bſtantis, quin quæque queat, poſſitq; operari.
H erbæ tam prorumpentes telluris eodem
C eſpite, quàm ſucci eiuſdem ſuſceptibus altæ,
C arpuntur tam diuerſa, uariáq; operandi
V irtute affectæ, ut ſit, quæ conglutinet, & quæ
V lceret : exiſtat, quæ ſucco comprimat, & quæ
L axet . agi tam diſparis, & contrarij in herbis
E ffectus eadem terra natis, & eodem
H umore altis cauſam ex numine, ſiue potenti,
I mmenſáq; Dei uirtute; rei facit ipſa
C onditio miræ ; ut credamus, & arbitremur
O mnino . quæ uis diuina, Deiq; poteſtas
E xcellens produxit in herbis dulce, & amarum,
M irificoſq; modos operandi condidit : & tot
V irtutes propè conſtituit, quot condidit, atque
P roduxit ſpecies : eadem, quæ mira colorum
C ernitur in florum ſpecie, uariatio ut eſſet,
E ffecit . qua æquè factum cenſemus, ut herbæ,
E t flores uaria halarent ratione, & odores
A fferrent uarios : quo fit, ne quiſquam homini inſit
S enſus : apud quem noluerit Deus argumentum
E t ſpecimen proferre ſuæ uirtutis, & artis
M iræ, & commendare poteſtatis rationem
E xactam, pulchrámq; ſuæ. ſed quod bonitatis
T eſtamen, ſignumq; ſuæ tulit, & charitatis

M unificæ Deus idem ? quatenus educendo,
T ot uarias herbas, floresq́; , cauere fategit
H umano generi, medicis uirtutibus herbis
I niectis, curisq́; ad morbos quosque statutis
I n florum, herbarumq́; uigore. potentia magni
L arga Dei nulla non in re significauit
S e generi humano pronam, promptamq́; iuuando.
Q uæ pariter terra post herbas fecit oriri
A rboreas species, fruticumq́; genus uariatum
M ultiplici ratione. quis unquam prodere posset,
A ut numerare tot arboreas species, fruticesq́;
T ot uarij generis ? quis tot discrimina : quæ sint
A rboribus tam causa fructus, quàm speciei.
R espectu, ualeat scribendo referre ? quis inquam,
S i uel conatu contendat, & efferat omnes
I n uersum uires, possit proferre sapores
T ot fruticum uarios, & odores, tot rationes
F ructuum, & effigies ex arborea, uegetaq́;
L igni natura, generamine prouenientes
M irifico ? quis commoda mira, quis utilitates
E xplicet egregias, quæ partim proueniant ex
F ructibus arboreis, partim capiantur ab ipsis
A rboribus ? quisnam uoluens animo, repetensq́;
M ente tot arboreos fructus uirtute, sapore,
C orpore distantes, & commoda publica in omnes,
P ræcipuè uerò rationales animantes
P rocedentia de genere arboreo, arboreisq́;
F ructibus, ambiguus non hæreat, addubitetq́; :
M aiori'ne potestate usus sit Deus in tot
M iris arboreæ naturæ constituendis

F ructibus, an se munificentius egerit: atque
L argius erga hominũ, genus, ac reliquas animantes
P ræstiterit, tot sufficiendo in commoda, & usus
V iuendi, fructus: quorum species uariatæ
N on minus afferrent fomenti, & commoditatis
A d uiuendum; quàm iucundi, siue uolupis
A d degustandum. diuina potentia, quæ nil
A duersi, uetitiq; sibi deprendit agendo:
E t bonitas diuina, nihil quæ linquit omissum,
Q uo prodesse queat passim, officiumq; iuuandi
E xercere; prout, si perpendantur, habere
V im poterunt miram adflectendos, siue mouendos
H umanos animos; sic intentè reputatæ,
P erpensæq; fidem non conciliare minorem,
Q uàm spem afferre ualebunt; ut quæcũque salutis
C ausa sint asserta, & sint promissa, putentur
V era; proutq; ferantur, successura remoto
S perentur dubio. non sat Deus est bonitatem,
V irtutemq; suam ratus ostendisse tot herbis,
F ructibus, arboribus iussis erumpere terra,
E t terræ ornatum, mirumq; afferre decorem:
N i pariter terram uarijs ditaret eandem,
A c locupletaret thesauris. uersicolores
I nfudit gemmas; uarioq; nitore lapillos
F ormosos seuit: seuit pretiosa metalla;
V isceribusq; altè telluris condidit auri
M ateriam, uarijsq; dedit fœtare metallis
I ntima terrenæ molis penetralia. quis iam
A rgumenta potestatis maiora requirat
D iuinæ? quis iam miracula nobiliora,

Lucidioraq;

L ucidioraq; præferri uirtutis, & artis
E xigat arcanæ? gemmarum mille colores,
M ille lapillorum species, quæ non minus ipso
V isu delectent, quàm ui, uirtuteq; prosint:
S eu constent terra, seu magna ex parte liquorem
A dmistum teneant undæ, uisuntur in aluo
P roduci terræ, & deprenduntur generari
I n terra. quæcunque metalla coloribus, atque
C orporibus uariata, homini tã cõmoda sunt, quàm
E xistunt preciosa, calenti seu liquefiant,
S eu mollescant, ex terra effodiuntur, & aluo
I nterna terræ generantur. mira metallis
T erra conflandis ratio est: quæ testificari
I nsignem, magnamq; Dei, qui conflat, opusq;
C onflandi absoluit, uirtutem tam ualet, ut non
S it motura parum sensum reputantis, & eius,
Q ui pendat, mentem non affectura stupore
P aruo. quæ sanè diuersa metalla tametsi
A d uarios usus hominis, seu commoditates
E diderit Deus omnipotens: tamen ipse suopte
I ngenio corruptus homo, sibi detera reddit,
E t tam causa animi, quàm corporis exitiosa.
P ostquam immensa potestas, infinitaq; uirtus
M unifici, magniq; Dei telluris inanem
O rnatus partem nullam, tractumq; reliquit:
E t terræ molem non tam facie exteriori,
Q uàm parte interiori ornauit, & ubere rerum
F ruge decorauit: prout unumquodque decoris,
O rnatusq; genus compegit, & ordine miro
E nasci iussit: sic secum quanque referre

S emina rem uoluit: quibus incorrupta tueri
S e posset specie, numeroq; augescere. terræ
V im dedit: ut posset suffectu quæque recenti
P ropagare: nouisq; cadentia partubus aluo
S uffœtans reparare, cauereq;: nequa per usum,
C onsumptumq; aliquem, rerum prodiret egestas,
I nteritus'ue. Dei generans, fœcundaq; uirtus
S ic se per terræ diffudit uiscera, sic se
P er totam molis terrenæ impertijt aluum:
V t terræ obsequio, seu munere suggerat, atque
I mpendat, quæcunque queant uiuentibus esse
V sui, & oblectamento. fruges, alimenta,
N utrimenq;, ministerio terræ Deus affert
H umano generi. nullum genus est animantis:
C ui non sufficiat fœcundæ munere terræ
C ommoda; & officio terræ non conferat: & non
P roficiat ratione aliqua. sunt plura profectò
M unera: quæ fœcunda Deo tellus operante,
P ræstet formandis, sustentandisq; quibusq;,
Q uàm quæ scribendo possint, fandoq; referri
E xactè. tam plena Dei uirtute tributa
M unera sunt terræ, tam lata, effusaq; iura
S unt concessa: ut sint uiuentia corpora nulla,
N ullaq;, quæ solido constent, expertia uitæ:
Q uæ non ex terra prorsus referant potiorem,
M aiorem'ue suæ partem compaginis. etsi
A equè concurrunt elementa quibusque creandis
C orporibus, uiresq; pari discrimine iunctas
I mpendunt: tamen est terræ pars maxima: seq;
P ortio terrestris maiori corpore miscet.

H inc ſibi præcipuum cognomen adepta parentis
E ſt terra: hinc ueteres magnam dixere parentem
T ellurem uates. Deus huic quàm magna dediſti
M unera telluri? quàm magno iure beatam
H anc terram pater omnipotens mirè ſtatuiſti?
H ac compegiſti uiuentia corpora, res hac
O mnes corporeas ſolidæ compagis oriri
F eciſti. pulchros humani corporis artus
E x hac conflaſti: conflaſti cuncta animantum
C orpora. dequa hominis conflaſti corpus, eandem
C onflato tribuiſti homini utendam, atque fruendã:
Q uæ terra ad noſtros ueluti pater optime ceſſit
T e tradente uſus, & ad huius commoda uitæ
D ucendæ: ſic fac ut te moderante habitetur
S ic nobis, & ſic uſu, fructuq; colatur
P ercepto: ut cuius memoratur ſymbolum habere,
E t quam præcipuè ferris habitare, tuopte
A equè munere tradatur nobis habitanda
V ſu perpetuo, fructuq; colenda perenni.
D a pater omnipotens, concede benigne creator,
H ac humili terra, quam pulchro, munificoq;
M unere, dum peregrinamur, præbes habitandam:
S ic tandem excedamus; ut ad terram ualeamus
S ublimem, patriamq; tuo pertingere dono.
N e permitte, tua cum munificentia utranque
E xhibeas, nos praua humilis poſſeſſio fraudet
O blato pariter ſublimem iure tenendi.

IVNIORIS LVDOVICI PARISETI REGIENSIS AD VARIVM TOLOMAEVM FRATREM

# THEOPOEIAE LIBER QVARTVS.



AM Deus, omnipotensq; opifex Tolomæe elementa
Fecerat, ac miro distinxerat ordine, & ipsam
Multiplici ornatu terrã insigniuerat, acto
C um cursu transuecta diem lux candida quartum
I ncœpit: plenoq; uolubilis orbe, diei,
N on æquè finem allatura, exordia quartæ
A ttulit. hac erat ista die immutanda, nouasq;
A strorum in formas uertenda, globosq; diremptis
C orporibus statuenda, & distribuenda per octo.
N on erat allatura diem lux amplius ullum
I sta, nec unius compactu corporis orbem
L ustratura, sed in Solis, faciesq; nitentes
A strorum formanda, & distinguenda, decore
I nsigni quoscunque globos erat affectura
C œlestes, & corporibus habitu uariatis,
E t motu distinctis ornatura. meante
E rgò die quarta Deus, ordine cum iam elementa
M iro disposuisset: & exacta ratione
L ibrasset: terramq; suo ornatu genuino

C ompſiſſet, quanuis nondum ornamenta animátũ,
A biunctumq; decorem produxiſſet : ad orbes
O rnandos cœli, uires, dextramq; potentem
A diecit, miráq; potens operaminis arte
I ncubuit. cur uero Deus produxerit herbas,
E t genus arboreum, reliquumq; decoris adhærens
T elluri ediderit, terramq; ornauerit, ante
O rnatum ſtellis cœlum : nec ſidera, & ignes
O rbibus indiderit, nec Solis finxerit aſtrum,
N ec detornarit corpus lunare, priuſquam
H ærentem terræ ornatum compingeret : eſt, quod
I nquiri queat, & dubitari poſſit. id autem
E ffecit Deus : ut quam conceſſurus erat uim
A ſtris, uel Soli in telluris fœtibus, atque
F ructibus edendis, ſibi deferretur : & ullo
N on cenſeretur pacto tribuenda ſecundæ
C auſæ. ne quæcunque miniſterio Deus aſtri
S olaris faceret, fieri uirtute putaret
S olis homo, idcircóq; errorem incurreret, inq;
D iſcrimen, damnumq; ſuum graue, crederet eſſe
S olis, quod prorſus diuini numinis eſſet :
C auta Dei uirtus ſpecies curauit eorum
E dendas nondum ſtellis, uel Sole redacto
A d formam, quæ præcipuè producta uideri
P oſſent munere Solis, principiumq; tenere
N aſcendi ex Sole. ad ſeruandi hominis rationem
O mnino cum ſpectet, ut in primis Deus author
C unctorum agnoſcatur : primáq; cauſa putetur
Q uorumcunque : homini quo poſſet apertius eſſe
P rincipium cuiuſque rei : conſtaréq; quiret,

V isile nil causæ primatis munere fungi:
S ed quæcunque uiderentur procedere causis
V isilibus: causæ primæ, quæ inuisilis esset,
A dscribi debere: Deus mandauit oriri,
E t nasci iussit, nondum cœlestibus astris
E ffectis, quæcunque fide facili potuissent
F orsan censeri causa procedere ab illis
P rimati. quanuis Solis productio, siue
A strorum, si facta Deo credatur, abundè
A rguat eximiam diuini numinis artem,
A tque potestatem, ut possint sensus', animiq;
E xciri: tamen eductæ cuiusque rei uis,
E t natura Deo delata, Deiq; potentes
A d uires directa, potest potiore citatu
H umanos sensus, animosq; incessere. dici
V ix posset, quantum conducere possit agendo
A d diuina homini ratio cuiusque creatæ,
P roductæq; rei in diuini numinis acta
V irtutẽ, & quàm affectũ singula quæque mouere
H umanum ualeant in cultum numinis: ad uim,
V irtutemq; ipsius si referantur, & ortus
C ausa, & principij in primis redigantur ad ipsum.
V t Deus eductis, poterant quæ Solis, & astri
M unere cuiusquam credi producta: probatum
R eddidit, & clarum, quàm singula quæque sibi sint
A scribenda: suæq; operæ quàm cuncta, tametsi
P arua, uel alterius speciem retinentia causæ,
S int etiam tribuenda: globis cœlestibus ignes
S uffixit uarios: totumq; nitentibus astris
C onspersit cœlum, uarioq; nitore decorum

E ffecit. nam quam massam, corpus'ue nitentis
L uminis expressit primum de mole, chaoq;
I nformi, sic distinxit, uarioq; tenore
D isiecit formans, ut nullum ex orbibus octo,
Q uos iam condiderat, dimitteret, aut pateretur
P ræteritum: quem non ornaret lumine, & astro
N on aliquo pulchrum, & spectatum redderet. orbē
I mprimis quintum compresso corpore toto
L ucis, & educta potiori parte, decorum
R eddidit: & pulchrum radianti insigniter astro
E ffecit: Solisq; adiecto sidere non tam
I llustrem fecit, quàm cætera cuncta nitore
F uso illustrantem. quod moles lucis obibat
M uneris in ratione diei constituenda,
A c per circuitum motu, cursuq; trahendo:
I d solari astro meliori ex parte creato
L ucentis massæ, subeundum tradidit, atque
E xpediendum. inter lucentia corpora, & inter
S idereos ignes primatum tradidit astro
S olis, & effectus rationem contulit omni
E x parte eximiam, & magno excessu superantem
V im quancunque aliam lucentis corporis. huius
O fficio, motuq; dies defertur, & ortum
C rebrum sortitus renouatur, & instauratis
H orarum uicibus deuoluitur. hic repetitis
A ssiduo motu spacijs, iugiq; citatu
O rbe peragrato, certis determinat horis,
C onstituitq; diem: quem sicut motu alieno
C onficit, & primi reuolutu mobilis actus
C omplet, ita infertur cum per segmenta citatu

Z odiaci proprio, mensem sic condit, ut annum
D enique conficiat, decesserat undè, reuersus
D enuo, & ad metam, quam liquerat antè redactus.
N am proprio motu moles mirabilis huius
S ideris, obliqui sic per duodena refert se
S igniferi segmenta, gradumq; intendit, ut orbem
T errarum uario aspectu collustret, & ut, dum
N unc austrum pronus repetit, nūc tendit in arcton
S ublimis: uarijs mundum, terrasq; statutis
T emporis afficiat: totumq; tenoribus annum
Q uattuor euariet. formosi tempora ueris
A duehit, ex austro cum se subducit, & effert
S e modicis gradibus. cum uerò signa per alta,
E xtremosq; gradus, tum scandens, tumq; reuertens
C ontendit, celsæq; tenet loca proxima metæ:
F rugiferam æstatem, messisq; calentia ducit
T empora, & ingentes affert, ac parturit æstus.
F ertilis autumni tempus geniale, tepensq;
I nducit: mistaq; calores temperat aura:
C um se per medij descensus signa mouendo
D eclinat, medioq; accliuis tramite in austrum
P rocumbit, cuius metas simulatq; propinquas
M otus habet, seseq; refert per signa profundi
C lymatis, & tam descendens, quàm tramite uerso
C onscendens, breuibus spacijs se traijcit: edit
H ibernum tempus: brumæq; rigentis inertes,
A ngustosq; dies parit. impendit Deus huius
S ideris officio lucem mortalibus, & uim
V iuificam, calidumq; affert uitale quibusq;
T am uegetis, quàm sensilibus. de sideris huius

F omento genus humanum tam multa capeſſit
C ommoda, tam uarios uiuendi ſuſcipit uſus,
V t non plura Deus cuiuſquam uiſilis, atque
P roducti officio curauerit emolumenta
A fferri, tradiq; homini; cui, præter id uſus,
Q uod producendis in frugibus, ac alimentis
A fferat, interni pariter ratione uigoris,
V irtutisq; aliquid conferre putetur, & eſſe
S ubſidio. ueluti per quodquam uiſile, ſiue
S enſibus obiectum non impendiſſe uidetur
I n genus humanum plura emolumenta poteſtas,
V isq; Dei, quàm per huius mirabile munus,
S iue miniſterium radiantis ſideris: in re
N aturæ omnigena, ſeu ſenſilium ratione
T ota, ſic prorſus nil contingit reperiri;
C uius reſpectu, & cuius ratione poteſtas
A gnoſci diuina queat melius, meliusq;
P oſſit homo adduci ad mirandum, ſiue colendum
A rtificem, authoremq; Deum. tot digna notatu,
T ot uiſu miranda homini de ſideris huius
C onditione palàm ſe produnt; ut totidem de
N atura reliqua rerum, inſigniq; theatro
M undi totius non prodantur. nihil æquè
I n tota cœli ſpecie, mundiq; tenore
C omprobat humanis diuinam ſenſibus artem,
A tque poteſtatem, quàm ſideris iſtius ordo,
E t ſpecies. nihil in tota compagine mundi,
E t rerum ualet argumentis pluribus, atque
O ſtentis incredulitati teſtificari
H umanæ robur diuini numinis, & uim,

V irtutemq́; Dei miram, illustremq́; probare,
Q uàm ratio, & species huius mirabilis astri.
Q uis, cum perspiciat tantum procedere lucis
E x hoc in terras astro, tantumq́; caloris
D emitti, ut non mira minus condantur in orbe,
Q uàm comprendantur sensu, uisuq́; patescant
C ondita: non stupeat, non admiretur, & huius
S ideris authorem summè non esse potentem
C olligat, atque sibi non ducat suspiciendum
S ummopere? eximiam molem quis cogitet actu
T am celeri, & rapido conuexa per alta meantem,
E t radios, pulchrumq́; iubar per cuncta locorum
F undentem inferiora, suoq́; nitore patentes
T am pelagi, quàm terræ lustrantem eminus oras?
Q ui non cogatur tam magnæ, tamq́; repentis
A rtificem molis mirari, uiq́; potentem
M irifica censere Deum? ut lampas radiosa
S ideris istius motu uoluatur in orbem
A ssiduo, ac oriendo diem mortalibus edat
I llustrem, noctemq́; cadendo linquat opacam:
E t nunquam solito decedat tramite, nec de
L ege semel cœpta momento temporis unquam
E uariet, sed perpetuo, iugiq́; tenore
P rodeat, & seriem semper tueatur eandem:
N emo perpendet, nemo reputabit, opinor:
Q uem non accipiat summa admiratio, & à quo
E ximius, uehemensq́; stupor non concipiatur
D iuinæ uis, uirtutisq́; Dei: qua operante
T am mirus, stabilisq́; sit inditus ordo, modusq́;
P ræscriptus. si præterea, quo progrediendi

O rdine ſe lampas habeat ſolaris: ad Arcton
D um conſcendit, & econtra deſcendit in auſtrum:
E t latum procedendo non deuiat unguem:
N unc æquando diem nocti, nunc nocte minores
E fficiendo dies, nunc producendo dierum
C urriculum, breuibus contracta nocte tenebris:
E xpendatur: & intento libramine mentis
P enſetur: tam prorſus abeſt, quin mira poteſtas,
V isq; Dei agnoſcatur, & apprendatur: ut ipſum
A d ſenſum ſit conſtatura, oculisq; ſub ipſis
V erſatura. huius ſolaris lampadis ordo
M irificus, ſpeciesq; decora, potensq; operandi
V irtus in rerum natura, tam potuere
Q uorundam ſenſus ueterum, menteſq; mouendo;
V t ſint, qui Solem prolem, natumq; reantur
E ſſe Dei. tot mira, Deum quæ teſtificentur,
V irtutemq; Dei ſignent: uiſuntur in aſtro
S olari: & claro ſenſu capiuntur; ut inter
S criptores ueteres fuerint, qui nomine fili
D iuini Solem percenſuerint, ſobolemq;
D iuinam, unigenamq; Dei prolem uocitarint
S olem: quos ueluti falſos erraſſe putandum eſt:
C um ſit uera Dei ſoboles, ac unica proles:
Q ua corpus ſumente piæ de uirginis aluo
H umanum, ſumus ad munus, donumq; ſalutis
A dducti: ſic in natura corporea, ſeu
S enſibus expoſita, nihil hoc ſolis radiante
S idere commodius, uel ſignificantius extat
A d deſignandam, quodamq; typo referendam
D iuinam prolem, natumq; Dei ratione

S ymbolica repreſentandum : quatenus ipſe
L uminis, & lucis rationem continet in ſe
V eram, & tam uitæ, quàm cognitionis habet uim
P ræſtandæ; nec uiuificat minus, atque uigorem
V iuendi præbet, quàm ueri lumine luſtrat
I llato, radijsq; animos illuminat. ò rem
M irificam, finesq; capedinis exuperantem
H umanæ. ſi quiremus comprendere, qua ui,
I nſtar ſolaris radij, quo corpora, resq;
C orporeæ, & ſenſus luſtrantur, & afficiuntur
V ita; ſe præſtet luſtrandis, atque fouendis
H umanis animis Sol myſticus ille, Deiq;
F ilius; & quanam lucis ratione niteſcens
I lluſtret mentes, quonam'ue tenore, modoq;
V iuificet, uitamq; animis impendat, & indat.
L ongè maiorem uim, uirtutemq; liceret
N uminis apprendi, & meritum locupletius in nos
A gnoſci, quàm contingat de ſidere Solis
I ſtius agnoſci, aut apprendi. id luminis, atque
V itæ quod confert animis Sol myſticus, huius
S ideris illatam ſolaris munere lucem,
A c uitam tantum ſuperat, quantum ſuperantur
D iuinis humana, animis uel corpora. non eſt
E ffectus, non eſt meriti proportio. nulla
D eficientis ad id, quod nunquam deficit, æqua
E ſt ratio. mortalis ad immortale minus fit
M enſio. quæ fuerat lux miſcellanea, quæq;
N ondum diſtincto fulgebat ſidere lampas:
S icut habere typum, ſpeciemq; referre uidetur
T emporis illius, quo ſidera relligionis

N ondum illucebant ueræ : nondumq; nitebant
D iuini Solis radij : diſtinctaq; uerbi
N ondum per uaſtum ſeſe diffuderat orbem
V nigeni lampas : ita quæ diſtinctio Solis
F icta Deo perhibetur : habere typum, ſpeciemq;
P ræ ſe ferre poteſt concinnè, apteq; uideri
D iuini nati : cuius iubar, & radioſum
L umen poſt lucis glomeratæ tempora, poſtq;
C ongeſtam lucis molem comparuit, & ſe
O ſtendit : ſolisq; inſtar effulſit, & ortu
F ormoſo eductum, tam cœlum ornauit, & orbem,
Q uàm nitidam uitæ rationem protulit : & uim
H umanis uitalem animis ingeſſit. abundans
O` lumen, mirumq; iubar : quod diſcutis atras
T errarum tenebras : quod nubibus obſcuraris
N ullis, & nulla nebulæ caligine, quin te
O ſtendas, prohiberis : ades mihi, meq; tuis ſic
I lluſtra radijs : totumq; ita circumfulge :
V t poſſim, ualeamq; tuo tam cernere uerum
M unere, quàm memorare, palamq; efferre. tuis me
A uſpicijs moui. fiſus tibi me dedi arenam
H anc in difficilem. in campum caliginis huius
D eſcendi, ſperans te ſuccurrente futurum,
V t nullis acies ſuccumbat læſa tenebris ;
E t uis cernendi nulla caligine fracta
C edat, deficiatq;. eius te nouimus eſſe
V irtutis ; uireſq; tibi deprendimus eius
E ſſe uigoris ; ut obſcuram diſpeſcere nubem
Q uanq; queas : poſſiſq; tuis quancunque tuendi
C raſſitiem radijs diſſoluere. myſtice ſol, ô,

S ol diuine, Deo qui te de patre propage
P rofers æterna: patriq; coæuus adæquas
T e uirtute: tuo nos aspice lumine: nosq;
L uce tua perfunde: tuisq; nitentibus hasce
I llustra radijs tenebras: ueriq; capacem
R edde aciem: nebulamq; oculis luscentibus aufer.
V ix Deus omnipotens corpus Solis radiosum
F ormarat, quintumq; globum illustrauerat astro
S olari: cum exornauit quoque corpore sphæram
L unari extremam. corpus lunare potenti
C onfinxit uirtute Deus: quo lumen ab astro
A cceptum Solis nocti diffunderet: & se
N on aliter nocti moderandæ, siue regendæ
P ræberet, quàm se corpus solare diei.
S ed ueluti Deus hoc corpus lunare regendæ
P ræposuit nocti, sic multum noctis eidem
I ntulit edendo: tenebrisq; eius rationem,
N aturamq; inuoluit multigenis, uarijsq;:
V t non in quaquam naturæ uisilis, atque
C orporeæ ratione sit inuentum, nisi fallor,
Q uod mentes æquè ueterum confuderit, atque
T orserit authorum, qui uestigare fuerunt
C onati rerum causas, & conditiones
N aturæ. nam dum uariati tradere causam
L uminis, & uariæ rationem adducere lucis
T entarunt: uarijs se sensibus inuoluerunt,
E t uaria secti hæserunt ambage: suopte
L umine dum quidam lucere, alijq; alieno
D ucunt; & dum sunt qui credant absidis instar
I gnitæ uolui, lucemq; offerre rotatus

Q uodam successu: & qui arbitrentur glomeratæ
S ic formæ esse; ut conuexi solummodo uultu
V nius eniteat, uariasq; ideò radiandi
E ffigies proferre: prout deuoluitur, atque
V ertitur ex conuexo in conuexum; faciemq́;
O bscuram nitida paulatim, uel uice uersa
O bscura nitidam mutat: qui uisitur auctus
L uminis, & sensim fieri deprenditur: & quæ
M ox contrà miro decretio cernitur edi
O rdine: in has uarias, homines nimis ambitiosos
I n causis exquirendis, rebusq; sciendis,
E gere ambages: qui planè rectius, atque
S anius egissent: quæ rationibus, atque
I ngenijs minimè quirent pertingere: siue
A ssequi: omisissent, & ad excelsi rationem,
N otitiamq́; Dei retulissent prorsus; & id, quod
N on satis acciperent; ad numimis infinitam
V im dirrexissent mirantes. dignius est id
M iratu, quàm quæsitu, quodcunque satis non
C omplecti ratione queat, constaréue possit.
Q uis uerò corpus Lunæ consideret, ut nunc
D eliteat, lucisq; nihil, uel luminis edat,
N unc uerò lucescat, & incrementa nitoris
P aulatim sumat; tum formam flexilis arcus
L umine fingendo, tum dimidio orbe nitendo,
T um lucem in ciclum turgescentem referendo,
D onec contracto diffusum compleat orbem
L umine? quis Lunæ species consideret inquam
T ot uarias? qui si sapiat, nec plus sibi, quàm par,
A rroget, ambages quærendi non putet esse

M ittendas, potiusq; sibi non æstimet esse
M irandum, quàm quærendum. cum possit abundè
D eprendi, quàm sint ueteres de lumine Lunæ,
D eq; situ, & forma lunaris corporis inter
S e uariè altercati, dissidioq; uicissim
C ertarint: & quàm nihil adducant, referantq;:
Q uod uero respondeat, & quadret rationi
E xactè: tam quid firmandum non reor esse,
Q uod scribant, ut eos mentitos prorsus opiner,
N ec quicquam ueri ducam reperisse. tametsi
N onnulli super hocce rei tractamine sint, qui
A dducant aliquo persuadendi rationes
P erfusas fuco: & uideantur dicere: quæ non
S int adeò à ueri specie diuersa: tamen cum
P rincipijs, quibus insistunt, fundantq; tenorem,
T ractatumq; rei: nihil insit roboris, & nil
E xistat, quod firmiter hæreat, inspici abundè,
D eprendiq; ualet: quàm non subsistere possint:
Q uæ fundamentis nitantur inanibus, & quæ
M ole minus solida firmentur. nam temerari,
A udacesq; nimis uanis rationibus usi,
N on solùm tentauerunt præscribere Soli,
E t Lunæ certam mensuram molis, & orbem
T erræ metiri, sed sunt nimis importuno
A usu conati, discrimina, & interualla
D iffinire: quibus lunari à corpore prorsus
D istet, & abscedat corpus solare: quibusq;
D ifferat à terra tam Sol, quàm Luna. sed horum
E st ea conditio, ut non tantum non ea, quorum
C ausa inducantur, possint conuincere uera:

Verum

V erum etiam mera prorſus, ſi trutinētur amuſſim,
C ommenta oſtendant: ſic nil præſcripta probandis
I d genus interualla queunt conducere lucis
M iſſibus ad Lunæ corpus ſolaribus; ut ſi
A ſſertæ moles Lunæ, & Solis, mediæq;
T elluris, rectè ingenio expendantur; abundè
A pparere queat, quàm non ſint uera, nec ulla
D igna fide, quæcunque niteſcentis uariatim
A ffertur Lunæ ratio, uel cauſa: nec indè
A pparere minus poterit, quàm friuola, quanq;
V ana ſit, aſſeritur quæ uulgò deficientis
L unæ, uel Solis cauſa. haud quaquam mora lucis
D eficientis, ad ipſius motus rationem
E xpenſa, haud diſtantia plurima: non uariatæ
C orporeæ moles, non quæ diuerſa uidetur
D eliquij facies, patiuntur, ut eſſe putentur
V eræ, quæ cauſæ, & rationes deliquiorum
V ulgò commemorantur, & audaci referuntur
C ommento ueterum. quæ terra ex montibus, exq;
E xemptis ponto regionibus haud reperitur
A d libram exæquata, nec omni ex parte rotunda
C ircini ad examen: nulla ratione ſuo quit
E fficere obiectu diſcrimina luminis æqua,
Q uæ certo fieri ſeriatim cernimus auctu,
D ecretuq;, nihil penitus diſrupta, nihilq;
I ntercepta notis, ſalebriſq;. quis inſuper, acri
Q ui ſit iuditio, minimeq; addictus ineptis
S it ueterum ſcitis, non perpendendo capeſſat,
A pprendatq;, minus formas, quæcunque uidentur
C reſcenti, ac decreſcenti contingere Lunæ;

P ræter corniculatam reſpondere rotundæ
T elluris formæ. hinc noſtri nos ducimus eſſe
M uneris, ut quicquid mirum ſpectatur, & edi
C ernitur in Lunæ motu, ſeu lumine; totum
A d certam cauſam penitus referamus; & ad uim
D iuinam, uireſq; Dei uertamus agentis;
Q ui uelut effinxit Lunam, extremoq; globorum
A ppendit: ſic ipſi tradidit, ut uariato
L umine luceret, miroq; tenore, modiſq;
M irificis ſeſe mortalibus inſpiciendam
P ræberet. prout ex cœleſtibus, atque ſupernis
C orporibus Deus extremum Lunare locauit
C orpus, & inferius reliquis ſtatuit propiori
A d terras cœli regione: ita pluribus illud
M iraclis inſigne, modiſq; notabile longè
P luribus inſtituit; quo uim tantò potiorem
D ucendi ad diuina hominis ſpeculanda teneret:
Q uantò ſe propius præberet proſpiciendum:
E t quantò mirabilioribus oſtentaret
S e rationibus, aut ſignis. Tam mira meantis
E ſt Lunæ ratio: dum ſe modo tollit ad Arcton
S ublimem, modo ad infernos ſe deijcit Auſtros:
E t celeri motu pertingit utrunque polorum:
V t quem tam conſtans ſeries ordoq; meandi,
T amq; celer motus, pernixq; citatus in amplum
N on agat admiramen: is attonitus, ſtupiduſq;
S enſu ſit percenſendus. tot ſigna, notaſq;
L una refert, facieſq; oſtendit, dum modo luce
A ugetur, modo decreſcenti lumine fertur:
V t qui mutatus tam miri oſtenta, uiceſq;

N on admiretur : censeri plumbeus esse
D ebeat : ac animo, sensuq; carere putari.
N on solum Deus ex Lunari corpore mira
E di curauit : quibus ad diuina moueri,
I nduciq; homines possent ratione futuræ
V itæ prospiciendi : sed plures, uariosq;
E ffectus etiam præsentis ad utilitatem
V itæ proferri uoluit. quis commoda, quisúe
E molumenta recenseat, & numeret memorando,
Q uæ meritis tam, quàm monitis constantia, Lunæ
M unere, siue ministerio mortalibus affert,
I mpenditq; Deus? quæ commoda tempora pontum
I ntrandi, & uastum sulcandi nauibus æquor,
L una docet, tutumq; salo decurrere monstrat.
E t contrà, quæ sint discrimina uelificandi,
A dmonet, & quàm non pelago committere nauem
E xpediat, quantumq; procellæ, siue pericli
I ngruat ex ponto, docet immutata : futuros
S ignificat uentos, pendentes indicat imbres,
E t quæcunque queunt trãquillum excire tumultu
A ëra. quæ nautas mutato Luna colore
I nstruit, & cautos reddit, gnarosq; futuri
S uccessus : eadem docet agricolas : quid agendum
P ræcipuè, seu tractandum ratione colendi
A gri, ac curandi pecoris. quæ tempora agendis
A pta quibusq;, docet comparens Luna colonos.
Q uàm sint sementi faciendæ commoda, quàmq;
O pportuna ferant se tempora pro fodiendis,
S iue serendis arboribus, tam munere Lunæ
A gricolæ discunt, ut non errare, nec ullo

P enè modo falli ualeant. fert apta legendis
F ructibus, & lignis cædendis congrua monſtrat
T empora conditio Lunæ. quæ tempore toto
A nni maturè, utiliterq́; operæ ſubeantur
R uri, & quæ ſingillatim ſint munera quoque
T empore conuenienter pertractanda, magiſtra,
A dmonitrixq́; docet Lunæ natura. potenter
E licit humores, exhauſtaq́; corpora replet
L una, replet creſcens, decreſcens haurit. & artes
S e medicas non Luna parum præſtare uidetur
C ongruam ad exercendas: quādoquidem medicādis
C orporibus deſignat commodiora, refertq́;
T empora. quænam incidendis accommoda uenis
S int momenta: miniſtrandis quænam apta uenenis
S e ſpatia exhibeant, quo quidq; ſalubriter ægris
T empore præſtari ualeat, tenor admonet aſtri
L unaris. Lunæ effectus, monitusq́; tot edi
I n ſerie naturæ, conditioneq́; rerum
I nferiore, Dei contingit munere, ſiue
C onceſſu, ut nihil in rebus uiuat, uigeat'ue
N aturæ, quod uim Lunæ non experiatur,
A ut aliquo pacto non ſentiat. admonet aſtri
I ſtius officio Deus, & documenta miniſtrat
P lurima, quæ uitæ expediant hominum moderādæ,
E t conſeruandæ. quæ deſeruire iuuandis
C orporibus poſſint: quæ animis prodeſſe monendis
E ualeant, Deus excellenti pro bonitate
E t uirtute ſua confert quàm plurima Lunæ
O fficio non admiranda, ſtuporeq́; miro
E xpendenda minus, quàm mirificæ ratione

V tilitatis commendanda. Deus nihil artis,
E t miri nihil intentatum liquit in omni
R erum natura, quod posset habere uigorem,
E t uim proficiendi homini, & conferre monendis,
F ormandisq; animis. ergò pater optime non sat
D uxisti esse tuæ bonitati significandæ,
M onstrãdæq; tuæ erga hominem curæ, & charitati,
C ausa hominis terram statuisse, ornasseq; frugum,
E t rerum uario prouentu; ni quoque causa
E iusdem cœlum ornares, cœloq; locares
M irificum Lunæ sidus: quo non modo præsens
V ita iuuaretur, permultaq; commoda, & usus
C omplures caperet: uerùm ratione futuræ
V itæ etiam, miratu animis ad mystica motis
P roficeretur, & ipsi homini ad diuina mouendo
C onsuleretur. quid meriti, uel gratiæ adesse
N aturæ humanæ potuit, cui mira iuuandæ
T ot complasmares? cuius causa uariata
T ot rerum faceres miracula? totq; superno
N on minus, inferno quàm clymate profectura
C onficeres rerum genera? utilitatis, & usus
Q uid tibi collaturus homo? ut tam sedulò, tamq;
E xactè procurares illum afficiendum
M uneribus, necnon miraclis alliciendum
A d te? quid pater omnipotens induxit, ut ad te,
I nq; tui cultum, tot proficientia, totq;
A dmiranda creando, hominem inuitare studeres?
E t tam miris Lunæ effectibus, atque figuris
E xcire; innumeris quàm terræ fœtibus, atque
M uneribus partis obstringere? cum tibi, qui sis

O mnipotens, & perficias quæcunque, minus nil
A dscribi ualeat, quàm ut cuiusquam indigeas, uel
Q uoquam deficias: nihil absurdum magis, atque
A duersum rationi, quàm censere, tui quid
T e causa fecisse: hominem, dum tot studuisti
M uneribus, mirisq; ostentis allicere ad te,
I nq; tui studium, cultumq; lacessere. quidnam
E st igitur causæ: quæ te pater optime mouit
A d tam mirificam, exactamq; hominis redigendi
A d te, ducendam rationem? & tot uariatis
R erum muneribus, mirisq; tuum alliciendi
A d cultum? ò, diuinæ thesauros bonitatis
I mmensos, ò, comprendendam pondere nullo,
N ulla mensura, nullo numero rationem
D iuinæ bonitatis, munificentiæ, amoris.
N on alia ratione Deus tot mira creando,
T ot condendo proficientia, pelliciendum
A d se curauit hominem: studuitq; trahendum
A d studium, cultumq; sui, quàm proficiendi
I psi homini causa, causaq; beandi hominem ipsum,
P articipemq; suæ reddendi prosperitatis,
A tque boni. quæ nostra ergò est incuria, quæue
S egnities ingrata: ut cum uideamus apertè,
E t deprendamus, tot largis, totq; stupendis
R erum muneribus, uisisq; Deum ex bonitate,
M unificaq; sua charitate lacessere nos, nos
I nterpellare ad nostri finis rationem
D ucendam, ad uitæq; ineundum munus, opusue
Q uærendæ fœliciter; interea tamen ocni,
E t pigri perstemns, nec rationem habeamus

M aiorem interpellantis nos, nosq́; cientis
A d se munificè, quàm uitæ, siue quietis
P erpetuæ nobis quærendæ. lumine si iam
D iscussæ penitus tenebræ, si Sole nitescit
N on solùm fulgente dies, sed lumine Lunæ
N ox quoque lustratur, tenebræq́; nitore coruscant,
E t lucem quæque admittunt tenebrosa: quid ultrò
N os hæremus adhuc: cæciq́; erramus? & in tam
I llustri rerum specie, tantoq́; nitore
T emporis, occlusis oculis procedimus? & nil
C ernimus, exequimur'ue, quod attineat, uel opus sit
A d finem nostrum, uitæq́; scopum subeundum
F œlicis. quid inertes ultrò & somniculosi,
C um lux quaq́; ferat se candida, quærimus antra,
E t latebras, quibus occlusi stertamus, & oci
T urpi marcore arrepti moriamur? ut autem
O mnipotens opifex duo lumina magna tenore
M iro confinxit: Solisq́; iubar, nitidumq́;
L unæ formauit corpus: & utrunque duobus
O rbibus appendit singillatim; reliquos mox
Q uinque globos cœli, qui complectuntur ab amplo
A plane, & motu cum Aplane cientur eodem
V ersus, adornauit pariter fulgentibus astris:
A tque suo quenque insigniuit sidere. uerùm
Q uenque suo tamen insigniuit sidere sic, ut
L ucendi uariæ rationes conficerentur,
D iuersisq́; modis ordo constaret agendi
L uminis. ad Solem, & Lunam non quodq́; eodē se
P ræstat, habetq́; modo. facies non omnibus una est,
N on unus nitor, & ratio non una ferendæ

L ampadis. est orbi, qui Lunæ proximus, aster
A diectus, qui se radians nunc proderet ante
E xortum Solis, nunc se iam Sole redacto
A d casum exereret: quodamq; tenore, modoq;
R espiceret Solem. qui se globus huic superinfert
O rbi, formosum candenti lumine sidus
O btinuit, quod tam præcedens mane orientem
S olem, quàm præuertens uespere luminis ortum
L unaris, miro se panderet ordine, seq;
O fferret gemino censendum nomine. sidus
S ic hoc respondet Soli splendore, graduq;:
V t potiore tamen cum Luna conditione
C onspiret, longeq; magis cum sidere Lunæ
C onueniat uirtute. globo, qui continet orbem
S olis, & amplexu deuincit: flammea, & ardens
S ideris est lampas suspensa, Deiq; potenti
E st succensa manu: quæ non ardore corusco
T am Soli similem se, quàm statione propinquam
P ræbeat. & conspiranti ratione ferat se
C ontiguam. qui se globus hoc sublimius effert:
Q uiq; orbem supra Solis se ferre secundum
D icitur; illustri, claroq; nitore decori
S ideris impingente Deo resplenduit. huius
E st ea conditio præclari sideris: ut se
N on minus ad Lunæ, quàm Solis proprietatem
C ommodet, & tam humentis, quàm calidi rationē
C ontineat. qui se supremum ex orbibus, ad quos
A diecti sint errones, se præstat, & alto
S ese contiguum Aplani conuoluit, is astro
C andenti fulsit: qui se contraria haberet,

Q uàm qua contiguus foret inferior, ratione
A d Solem, Lunamq; : nihilq; minus retineret
S icci, quàm frigentis. adornato Deus orbe
S epteno, reliquisq; loco inferiore locatis
O rbibus insigni singillatim decoratis
S idere, supremum suprema protinus arte
A planem ornandum aggreditur: dextramq; potentẽ
A dijcit extremo cœli exornatui agendo,
A c disponendo : cuius tam mira uidendi
E st ratio : cuius species tam pulchra, decensq;
S pectatu offertur; minus ut mirum uideatur
N obis : si qui ipso passus deliria ab ortu,
C ontentusq; domi, inclususq; cubilibus annos
E gerat, & uitam sub tecto traxerat omnem,
V t fuit eductus, stellisq; inspexit olympum
L ucentem uarijs, pulchroq; decore nitentem,
D istinctumq; polum : exclamauerit : ò speciosum
E t pulchrum laqueare. Deus conuexa patentis
A planis tot luminibus prætexuit, & tot
S tellarum uarijs formis depinxit : ut ordo
N on magis, & species stellarum, quàm numerus, seu
M ultiplex acies mirabilis exhibeatur,
I ndaturq; oculis. quis enim satis enumerare,
A ut censere queat stellas, quas intulit, atque
A ffixit Deus Aplani ? comprendere fando
Q uis ualeat multas species, uariasq; figuras
C erto stellarum constantes ordine, siue
D isposito numero ? quanuis studiosa sophorum
N atio priscorum de pluribus egerit, atque
T radiderit stellis : multasq; notarit earum

D ispositas numero, & uarijs rerum, ac animantum
N ominibus designarit: tamen infinitus
C um propè earum sit numerus: contingit, ut ipsas
V ix minima ex parte attigerit, numeroq; notarit:
Q uas tamē amplecti, et perstringere carmine nō fors
A bsurdum sit: tam pro humani sedulitate
M onstranda ingenij, quàm pro ui, mirificaq;
A rte Dei magis, & descriptius ostendenda.
O bseruatores cœli multas, uariasq;
E ffigies partim rerum, partimq; animantum
D escripsere, quibus stellas, quascunque notarant,
A pplicuere: quod interea, si qua ratione
E ffectum fuerit, quæratur: non dubitarim
R espondere, tenorem stellarum, aut rationem
E ffectus uisam species alludere ad hasce,
I n causa, ut fieret descriptio dicta, fuisse.
F ulget in Aplanis supremo uertice duplex
E ffigies Vrsæ, quarum quæ dicitur Arctos
M aior, supra uiginti Stellas tenet unam:
A ltera, quæ minor, & Cinosura uocata, nitescit
S eptem sideribus. geminas qui lucidus Arctos
S eparat amplectens Anguis, ter quinque refulget
L uminibus. decies ternis Serpente nitente
I gnibus, Anguitenens ter septem continet, & tres.
A rtophilax uerò præfert septena bis in se
L umina. qui defert humero capram, geminosq;
D extra hædos Auriga, nitet fulgentibus octo
S ideribus. formosa nouem fulgere Corona
D icitur. hirsuti prætenta pelle leonis,
C lauiger adnixus fulgescit quattuor, atque

V iginti stellis. species cinctuta uirilis,
Q uæ stat diductis extendens brachia plantis,
S idera uiginti minus uno continet. at quæ
E xtentis ulnis muliebris forma curuli
M œsta sedet lata, stellis tribus, atque decem se
F ulgentem, illustremq́; ostendit. quæ muliebris
A ltera forma manus extenta, ligataq́; stare
F ingitur, uno, & uiginti exornata nitescit
I gnibus. aligeri species equitis mutilata,
M ancaq́; postremis, stellas conuersa bis octo
O btinet. est Deltoton, siue triquetra figura,
T res stellas retinens, ac unoquoque nitescens
A ngulo. habet stellas bis octo forma uirilis,
F icta tenere caput dextra, clipeumq́; sinistra,
S uspensasq́; humeris alas. uno ordine habentes
S ese Pleiades septem, septemq́; sororum
I nstar adhærentes formosa luce coruscant;
E t si non æquè, ut reliquæ, fulgere feratur
V na. Lyræ species tot fixas continet in se
S tellas, quot fidibus paret constare, nouemq́;
L umina sic præfert, ut sese lege trigonni
M utata exhibeant. candens olor, atque figura
C ycni luminibus tredecim fulgescere fertur,
E t tribus, atque decem stellis radiare. quaternas
S idus habet stellas Aquilæ. quæ forma marini
D elphini affertur, fulgere nouem memoratur
L uminibus, stellasq́; nouem retinere nitentes.
Q uem Iugulam dixere, decem, septemq́; coruscis
E nsifer Orion stellis lucescit: & ingens
L uminibus se terribilem præferre refertur,

N on minus agricolis uariata luce futura
T empora, quàm nautis signare putatus. habere
V iginti stellas, quisquis canis obsidet alti
A planis centrum perhibetur. sidere eodem,
S iue astro, tam qui Procyon, quàm qui Canis, unà
C onueniunt: etsi duplici differre uidentur
N omine: cum qui Syrius, aut Procyon uocitatur,
S tella sit, ipsius linguæ Canis indita, & ori
I nsertata Canis, qui nomen continet astri,
E t rationem sideris admittit, recipitq;
P luribus aggestis stellis, species canis ut fert:
D esignatq; astrum compluribus ignibus ardens
S tellarum: sic effigies leporis retinere
S eptem censetur stellas, astriq; tenorem
I nsignis seruare. ratis cognomine sydus
S ignatum, & primæ censitum nomine nauis,
S ex, & uiginti stellis constare notatur.
Q uæ Pistrix ingens, Cethiq; figura refertur:
B is septem stellis constat: bis igne coruscat
S epteno. lati species quæ fluminis, & quæ
E ridani signatur nomine forma fluentis,
T er quinque, atque duas stellas admittit, habetq;.
Q uæ magni piscis species effingitur: hæc ter
Q uattuor illustres stellas præferre notatur:
E t lato duodena referre nitentia dorso
L umina. semihominis Centauri forma ferentis
S acrificanda manu, leporemq; tenentis ab armis
P endentem, tribus, & triginta commemoratur
L uminibus fulgere. sacris uas deditum agendis
T huribulum uisum est astro pariter referendo

C onueniens : dictumq́; quaterno lumine stellæ
E lucere . hydri sinuosa figura coracem,
C rateremq́; ferens, ad quadraginta, duasq́;
P rætendit stellas, tripliciq́; tenore nitescit :
T ergeminiq́; tenet rationem sideris : & tam
C rateris causa, quàm corui conficit astrum.
Q uot uerò obliquo fulgescere lumina circo
S int pariter deprensa uetusta sedulitate
S crutandi, poterit constare, patereq́; abundè :
S ingula si circi excutiantur signa : quod æquè
A rbitror esse mihi faciendum , nequid omissum
L inquatur, quo mira Dei ornantis regionem
A planis melius uideatur posse potestas
A pparere : animisq́; humanis insinuari.
E st Aries circi princeps, primasq́; figura
Z odiaci : qui bis noueno lumine sparsus
S ubnitet, idcircò primus, princepsq́; statutus
S igniferi, quòd Sole ipsum subeunte uigescant
P ræcipuè uires : quibus accedentibus edi
Q uæque queant: possitq́; propago animata parari.
Q uod signum Tauri specie describitur, æquè
N ouenis bis luminibus lucescere fertur,
S ic tamen, ut capiti quæcunque inserta nitescant
L umina , sint Hyades: quæ non tam certa futuri
S igna ferant imbris,quàm claro lumine abundent.
Q uod signum geminorũ hominũ,fratrumúe sodali
P angitur effigie : nitidas complectitur unde
V iginti stellas sic partitas, numeroq́;
D iuisas, ut sit, sibi qui bis quinque capessat,
Q uiq; nouem ex ipsis referat . quod corpore Cancri

C onficitur ſignum, & ſublimi uertice cœli
D icitur affixum, ſtellas bis octo tenere
A ſſeritur ſic diſpoſitas: ut plura putentur
C ompingi ex iſtis lucentibus aſtra: quibus tam
H irti inſeſſores, quàm inſeſſi nomina Aſelli
P arturiant. ſignum ſpecie, formáq; Leonis
E ffictum clarere nouem, deniſq; refertur
S tellis, & præterq; alias ſeptem retinere
N on adeò claras: quibus aſtrum conficiatur,
Q uod coma dicatur Berenicis. nomine ſignum
V irginis aſſertum, cui ſpica manu teneatur,
I nſertæq; humeris alæ pandantur, habere
P ræter eam, qua ſpica nitet, ſtellas numero bis
N ouenas perhibetur. habent, quæ ſigna ſequuntur
B ina, pari numero ſtellas. nam Libra niteſcit
Q uattuor, ex chelis Scorpi confecta: quibus quæ
P ræterea plures numero ter quinque ſuperſunt,
S corpius, aut ſignum acceptum cognomine Scorpi,
V endicat, adſciſcitq; ſuo iuri ſpeciatim.
Q uæ uerò in ſignum compingitur Arcitenentis
F orma, priori parte humana quidem, ſed equina
P oſteriori, ſtellarum ter lumina quinque
E xplicat: obtuſo prætendit lumine ſeptem
P ræterea ſtellas, quibus aſtrum conditur. hærens
Q uod pedibus iaculum retinet, cum quattuor ignes
S tellares habeat, compactum in ſidus, & aſtrum
A equè præfertur. qui antica fingitur hirci
P arte, & poſtica piſcis, Capricornus, & inter
S igna recenſetur cœli, ſex continet, atque
V iginti ſtellas. manibus qui detinet urnam,

Q ua profundit aquas, ſigni cœleſtis imago eſt
N obilis, & ſpecies : quæ cætera ſigna nitenti
A gmine ſtellarum longè præcedere fertur :
Q uandoquidem duodeuiginti ſunt numero, quæ
F uſoris ſtellæ funduntur corpore, ſuntq́;
T riginta ſuperante una, quæ undæ ſeriatim
H inc inde adſiſtant, circumſideantq́; fluenti.
C onuerſis diuerſè corporibus duo piſces
V nà deuincti, medioq́; ligamine nexi
S unt, qui poſtremum circi ſignum referentes
M ultiplices ſtellas, uarioq́; tenore ſtatutas
S ic retinent : ut qui borealem reſpicit oram,
B is ſex ſtellarum prætendat lumina, bisq́;
S ex ſtellis niteat ; qui uerò ſpectat in auſtrum,
L uminibus ter quinque micet : mediumq́; ligamen
A d cuiuſque habeat porrectas cardinis oram
T res ſtellas. ſi uerò præterea monumentis,
A ut ſcriptis ueterum quid abundius inueniatur
D e ſtellis, aſtrisq́; recenſitum, numeroq́;
M aiori aſſertum, ut uel ſexaginta, quaterq́;
T res, formæ aſtrorum dicantur ; milleq́; ſtellæ,
E t ſexcentæ comprenſæ, uiſuq́; notatæ,
A c animaduerſæ effectu mortalibus eſſe
F irmentur : tamen allatis, quæcunque mihi ſe
I ngeſſere obiter, penorisq́; dedere fideli
S e promptu : non ambitioſè, nec ſcrupuloſè
S um ratus exquirendum : cum quicunque feratur
S tellarum apprenſus numerus, tantilla putari
D ebeat illarum pars, quas Deus omnipotenti
ormauit uirtute, globoq́; affixit adornans
A planis. quis non uiſu comprendere poſſit,

S i cœlum ſpectet: cum noctu nubila nuſquam
A pparent, & clara poli ſe concaua monſtrant,
Q uàm ſit ſtellarum longè numeroſius agmen,
Quàmq; priſca hominũ in monumẽta redegerit ætas?
Q uin tantò plures, quàm quas monumenta uetuſta
C ontineant, referantq; : acie deprendet, & ipſo
C olliget aſpectu: ut numero comprendere, nulla
S e fidat ratione: nihilq; exiſtimet eſſe
S perandum minus, atque minus ſuccedere poſſe,
Q uàm, quæ tam crebro luceſcant ordine ſtellæ;
V t poſſint numero complecti, acieq; adamuſſim
C omprendi: quod iam fieri non poſſe uidetur;
O ſtendiſſe Deus: dum primum fertur apellam
A edibus eduxiſſe foras: iuſſiſſeq; cœlum
S uſpicere, & quas ſpectaret ſtellas, numerare
S i poſſet: cum tot numero foret indè nepotes,
S uſcepturus: quot ſtellas fulgeſcere cœlo
A ſpiceret. nam cum uellet numeroſa nepotum
A gmina, & innumeram propè deſignare cateruam
P oſteritatis, amans hominis Deus, aſtra, poliq;
S tellas iuſſit eum ſpectare: ſibiq; nepotes
T ot numero ſperare, quot alto cerneret ignes
A plani lucere. tot ignes ſi rutilantes
H oc hemiſphæro ſpectantur, ut enumerari
N on ualeant: ſi qui uiſum diffinit Orizon,
N on patitur, niſi dimidij apparere nitores
A planis: qui pro numero, magnaq; caterua
C enſeri omnino nequeant, acieq; notari
E xactè, quid ſi tantundem luminum obirent
L umina, & hemiſphæri æquè ſpectanda darent ſe

Alterius

A lterius totidem, quot ſunt hæc ſidera? non'ne
T antò appareret maior diuina poteſtas,
E t tantò incideret potior miratio, quantò
S eſe plura oculis ſpectacula ſubijcerent, uel
Q uantò ſe plura ingererent miracula ſenſu
E xcipienda? tametſi conſtans, certáq; mundi
C onſtructi ratio, quacunque ex parte nitere
S ideribus cœlum, totúmq; nitentibus eſſe
I gnibus Aplanen decoratum, nec minus illam,
Q uæ tegit antipodes, partem, quàm quæ ſuper oras
I mminet has noſtras, ſtellis fulgere, perindè
A rguat, ut prorſus ſuperet nihil ad dubitandum:
C um tamen ad cuiuſque rei magis inijciendum,
F igendúmq; animis miramen, conferat hauſtus
S enſilis, ac ſpectandi acies, dubio procul omni
C redendum, longè maiori robore motum
I ri animos, ſeu materiam longè uberiorem
M irandi oblatum iri, ſi ſpectare decorem
A planis totum, totúmq; liceret obire
L uminibus cœli ornatum. quanuis caua tota
S telliferi Aplanis facies ſpectata ſtuporem
S enſibus humanis maiorem afferre ualeret,
E t multò humanis animis producere poſſet
P lus admiratus: quencunque tamen minus iſte
D imidius cœli ornatus commouerit, & non
E xcierit prolata oculis ſtellantis Olympi
H æc facies uiſu tam mira, decoréq; tanto
P rædita: non iſti penitus reor eſſe mouendo
S uffecturam, oculis ſpeciem totius Olympi
O blatam, Aplaniſq; decus quodcunque rotundi.

S tipitis hic instar fuerit, rigidiq; molaris
I nstar, hebes, stupidusq; : oculos qui tollat in altũ,
E t cœlum spectet : tantoq; decore nitentum
S tellarum uideat distinctum : seu uariatum
A planen : si non insigniter admiretur,
I nsigniq; modo non alliciatur in eius
M iratum, cultumq;, opera cuius, ualidaq;
V i deprendantur tam mira, stupendaq; cœlo
S idera suffixa, & tanto cœlata decore.
V t non mira potest non apparere potestas
N uminis, aut uirtus, qua sint tot sidera uasto
S uffixa Aplani, & tot lucida corpora cœli
S int compacta : modum sic quærere, siue tenorem
Q uo Deus edendo sit stellas usus : habetur
N on minus obscurum, quàm frugis inane, carensq;
V tilitate. Deus si uel de corpore lucis
P rimigenæ totas stellas conflauerit, ac ex
C orpore distincto lucis confinxerit ignes
Q uosq; sigillatim cœli : uel corpora quæque
S tellarum, de materia, seu corpore cœli
I psius, tanquam lycnos, aut uascula quædam
T ornarit : quibus indiderit mox irradiantis
P articulas lucis, lumenq; infuderit, ad rem
Q uid spectat tandem nostram perquirere? nostra
Q uid refert nouisse? nihil magis expedit id nos
Q uærere, nil nostra refert magis id nouisse,
Q uàm nosse expediat, uel quærere referat, ut se
I n stellis habeat lumen; capiant'ne nitendi
V im de Sole globi stellares, an genuino,
N atiuoq; sibi fulgescant lumine. inanes

H *æ sunt quærendi nebulæ; irrita cognitionis*
S *unt hæc tentamenta: quibus dum sollicitatur,*
I *mplicitusq; tenetur homo, tam nil operatur*
E *fficienter, tam nil exequitur, peragitq;*
V *tiliter, terat ut tempus, perdatq; laborem,*
I *acturamq; operæ faciat. quid quærimus ultra*
M *ortales miseri, quàm nostræ conditionis,*
N *aturæq; ferat ratio? quid scire studemus*
V *lterius, quàm se fines nostræ utilitatis*
P *rotendant? non hæc porrò* Deus *edidit astra,*
N *on hos stellares ignes compegit, & alto*
I *ndidit* Aplani, *quò nos torqueret, eorum*
I *n perquirenda ratione, tenoreq; ab ortu*
P *ræscripto, quem scire, nihil conducere nobis*
P *ossit, & ad nostram nil rem spectare: sed ignes*
H *os omnes cœli, stellas has quasque nitentes*
A *planis, hæc omnia lucida, miraq; uisu*
C *orpora constituit; quò nos per mira moueret*
H *æc cœli spectacula, ad arcanam, minimeq;*
S *ensibus obiectam rationem concipiendam,*
V *ersandamq; animis, dum procurat* Deus *usum*
H *umani generis, dum uult prodesse, studetq;*
N *obis consulere: has stellas produxit, & astra*
H *æc miranda globo* Aplanis *suspendit, ut essent*
S *igna, quibus non solum possemus rationis*
S *uccessum humanæ deprendere, sed rationem*
A *d diuinam etiam contendere percipiendam*
P *acto aliquo. licet hæ stellæ, numerosaq; cœli*
A *stra quid effectus nequeant perferre suapte*
V *irtute, in rebus uitæ, rationeq; morum*

H umana, & nullam uim contineant pariendi,
A ut disponendi, nisi quatenus accipiatur
E x ipso Aplanis motore, Deiq; refusa
P rimati uirtute: tamen signare futuros
S uccessus rerum, præferreq; signa fluentis
E x motore potestatis ratione uideri
N onnulla possunt. quin immò, qui perhibentur
E rrones, seu planetæ, sunt conditionis
E iusdem, pollentq; eadem ratione futura
S ignandi, prout ex motoris quæque, Dei'ue
P ræcipua uirtute fluunt. uertigo globorum,
M ultiplexq; tenor, uariusq; citatus habetur
C ognitus, & sensu deprenditur ignibus istis
V isilibus prodentibus. horum uisio, siue
A spectus facit, ut motus, ratioq; globorum,
Q ui nequeant alias deprendi sensibus, & ui
S ensifica amplecti, capiatur, & agnitione
H umana subeatur. agendi, siue mouendi
V is motorum opera cœlestibus insinuata
O rbibus, aspectu qui non subeantur, &, etsi
C orpora sint, uisu tamen excludantur, abundans
F erre potest argumentum, quàm nulla sit unquam
V isilibus ratio, seu causa potens operandi
A scribenda, nihilq; omnino sit tribuendum
P ræcipui iuris rebus, quæ luminibus, seu
S ensibus expositæ rationem aliquam uideantur
C ausæ præ se ferre. oculis si subdita cœli
S idera, si nitidi errones se subijcientes
L uminibus pollent duntaxat significandæ
V irtuti, qui aciem fugiant, oculosq;, globorum:

Q uis non deprendat tantò potius quid habere
I us cauſæ, tantoq; magis cauſæ rationem
P ræcipuam retinere: oculis quantò magis aufert
S e noſtris, quantoq; magis ſe ſubtrahit ipſis
S enſibus? idcircò qui ſimplicitate, meroq;
A ctu intellectus pollet Deus unicè, habetq;
N aturam, q̃ maximè abhorrentem, atque alienam
S enſibus, ac omni prorſum à ratione remotam
C ompoſiti, cum ſit ſolus, qui exiſtat, & in quo
I pſe ſit ipſius ſubſtantia, uim genuinam
S olus habet cauſæ, ſolusq; tenet rationem
V eram, & perfectam cauſæ: de quo trahit, atque
H aurit quiſque globi motor, quicquid uegetantis,
A c diſponentis uirtutis, ſiue uigoris
C œleſtes tranſmittit ad inferiora per orbes.
E xpedit ergò nimis, mortales, atque decens eſt,
V t cauſis, quæ ſint ſeruæ, penitusq; miniſtræ,
P oſtpoſitis, oculos mentis uertamus, & omnes
I ngenij neruos tendamus, & intellectus
I n dominam, & primã cauſam, qua cũcta creãtur,
S ubſiſtunt, & agunt: cui, quicquid ubique uidetur
O fficio cauſæ fungi, deſeruit, & omnem
V im debet, quam poſſit in unoquoque uideri
P ræſtare effectu, aut opere. inſtrumenta profectò
P rincipis iſtius cauſæ ſunt omnia, quorum
A cceſſu, aut opera quid agi in rerum uideatur
N atura. huic cauſæ uis adſcribenda creandi,
V is omnis producendi eſt tribuenda. poteſtas
I ſtius cauſæ cauſas diffuſa per omnes
S ic agit, ac operatur, ut ipſa ſit efficiendi

P rinceps, totiusq; opifex operaminis. ut si
Q uis faber arte potens, ac ingeniosus agat quid,
C onficiatq; operis, cœli, malliq; ministra
A ccedente opera, ac interuenientibus arti
A ptis exercendæ instrumentis: nihil aptum,
C onueniensq; minus fuerit, quàm quod fabricatũ,
C onfictumq; operis sit, cuiquam adscribere malli,
A ut cœli instrumento, alijq; referre peractum,
Q uàm scito artifici: sic quæ Deus arte potenti,
E t mira conflat, peragitq; ministerio, seu
S eruitio cœli, uel sideris, aut alicuius
N aturæ alterius, fuerit quàm maximè ineptum,
A c inconueniens alij deferre, Deo quàm
I psi, qui solus faber existat, ualeatq;
S olus formandi, producendiq; potenti
A rte, alijsq; quibusque, suæ uelut instrumentis
V tatur artis. quin ipse Deus faber artem
S ic exercet, ut instrumentorum pariter sit
C onditor, atque author, quibus utatur fabricando,
A ut producendo. quodcunque igitur reperitur
S ubsistens, animansq;: Deo tribuamus, oportet
A rtifici, non sideribus, cœloq; fluenti:
Q uod, siquid iuris retinere uidetur in hisce
N aturæ rebus: quadam ratione ministra
I d retinet: præstatq; meri se prorsus ad instar
I nstrumenti: quod uirtute operetur, & arte
D iuina. Deus est opifex rerum. Deus author
C unctorum. natura nihil, compagoq; mundi
V asta tenet: cuius non sese præstet, agatq;
A rtificem, authoremq; Deus. Deus omnia condit,

O *mnia producit, generatim singula fulcit,*
S *ustentatq;. Deo, quodcunque uidetur, & usquam*
A *pparet uisu mirabile, tam seriei*
C *ausa, quàm causa naturæ, est attribuendum:*
A *d quem cūcta quidem sic sunt referenda, modoq;*
S *ic omni uertenda: ut causarum rationem*
I *n se complecti totam, plenamq; putetur.*
Q *uicquid in humanis rebus uirtutis habetur*
I *nnatæ: quicquid cœlestibus orbibus, atque*
S *ublimi regione cadit rationis agentis,*
A *c disponentis, causam deducit ab ipso,*
E *xortumq; Deo: cuius uirtute potenti*
V *t fuit ornatum regio cœlestis adepta,*
E *t decus illatum cœlo fulgentibus astris*
E *ductis, speciesq; globis adiecta nitore*
S *tellari appenso: metam peruenit ad ipsam*
Q *uarta dies, cœpitq; dies primordia quintus.*

IVNIORIS LVDOVICI PARISETI REGIENSIS AD VARIVM TOLOMAEVM FRATREM

THEOPOEIAE

LIBER QVINTVS.



I AM cœpti Tolomæe dies ab origine mundi
Q uintus agebatur: solareq; corpus adactum
A d metas, quintæ, progressa nocte, diei
P rincipium faciebat, ab ipso carcere motus
T um primùm, integramq; diem tũ limine primùm
T ransmisso referens: cum se diuina potestas,
O mnipotensq; Dei uirtus ingessit, & ultrò
P ræbuit edendis animantibus. hactenus ullum
N on animal Deus ediderat: non ullum animantis,
Q uod constaret corpore, protulerat genus. omni
P lena Dei numero sapientia non prius ullum
C orporeum, aut mortale animans sibi conficiẽdum
D uxit; quàm loca, quæ coleret, q̃ alimenta, quibus se
N utriret, producta forent, uel condita. quare
V t fuit aërij tractus diffusio facta,
F actaq; contractis tellus habitabilis undis,
E t fruges, fructusq;, sata tellure, fuere
E ducti, & uarijs herbis, uarijsq; creatis
A rboribus producta statim nutrimina: cœli

P ræmiſſo ornatu, de quo prodiret ad ima
V tilitas, & ſe ferrent quàm plurima rebus,
P articipiq́; animæ generi emolumenta: potentem
V im Deus ad condenda animantia contulit: & ſe
V ertit ad inferiorem multiplici, uarioq́;
V iuentum genere ornandam mundi regionem.
I n primiſq́; genus uolucrum, quod tollere pennis
S e poſſet: liquidumq́; per aëra præpete curſu
S e ferret: motuq́; cito libraret in auras:
E duxit, fictuq́; leui prorumpere iuſſit.
Q uod fuit undoſæ raredinis, ac leuitatis
A ëriæ, ſolido ſic ſe diffundere fecit
T erreſtri, ut quanuis terram ſolidi ratione
C orporis argueret compago, tamen leuitatis
A ëriæ tantum, & tantum raredinis eſſet
A diectum, ut non tam leuis aëris ora ſubiri
P oſſet, quàm poſſent graciles erumpere pennæ:
Q uarum remigio ſolidum efferretur, & altum,
Q uod terreſtre foret, peteret. minimè tamē hinc ſit:
V t ſolidi hæc ſublatio, & hæc delatio in altum
F acta uolucrali penna uacet arte potenti:
M irificaq́; Dei careat uirtute. profectò
V t quod præcipuam rationem habeat grauitatis:
T ollere ſe poſſit: ualeat, cui terrea parte
E x magna ſit compago, ſe ferre per auras
S ublime, alarum, pennæq́; ope; non mediocrem
A rguit, & præfert diuini numinis artem,
P ræſtanti cuius molimine ſiat, ut alæ,
E t pennæ libramine, quod corpus ſolidum ſit,
Q uodq́; deorſum protendat ratione ſuapte,

T ollatur ſurſum, & tenues ſublime per auras
S e referat, celeriq́; uagum per inane citatu
S e præſtet. quænam ad tollendum uis ſatis eſſe
Q uit pennis; quas ſpectemus; niſi turbine agantur,
A ut uento: grauitate ſua, motuq́; deorſum
D eferri? quænam pennarum tanta poteſt uis
E ſſe graueſcentū, ut tam corpora magna uolucrum,
E t tantas auium moles ſuſtollat, & alto
A ëre ſuſpenſas teneat? non competit alis,
N ec pennis, tribui cauſam mirabilis huius
S ublatus uolucrum, ſolidæq́; per aëra molis
D elatus. hac in re, mirificaq́; uolandi
H ac ratione, Dei uirtutem agnoſcere quandam
D ebemus, miriq́; operis, factiq́; putare
A uthorem, cauſamq́; Deum; qui ſicut Olympum,
C œleſteſq́; orbes mira ornauit ratione,
E t ſtellas fecit pendere, igneſq́; uagantes
A ſtrorum motu ſuſpenſos præpete ferri:
P endula ſic uolucrum deferri corpora tractu
A ëris effecit; quæ etſi cauſa requietis,
S iue ſtatus ſpectarent ad terram; tamen oræ
E ſſent aëriæ, miri ratione citatus,
O rnamenta, ſuaq́; mouendi conditione
M irifica ſic ſe præſtarent aëra ad ipſum
O rnandum; ut nihilominus elicere admiratum
H umanum poſſent: hominesq́; mouere ualerent
I llius in cultum, cuius uirtute latenti
T am mira acciperent motum ratione. matheſin
S i callens calaber, qui confeciſſe uolantem
A rte ſua perhibetur auem, contraxit honoris

P lurimum, & ingenti admiramine se celebratum
R eddidit: in cultumq; sui præstamine fictæ,
F allacisq; rei, pellexit quosque: stuporis
Q uantũ concipere, & quantũ admiraminis, est par,
C ontrahere ex re constanti, ueraq; , Dei ui,
A rteq;, confecta: uolitantum quatenus ingens,
M ultiplexq; genus produxit, & aëra celsum
P osse subire dedit, celeriq; excurrere motu?
S i qui finxit homo, & ficta sub imagine lusit,
T antum admiratus potuit sibi conciliare,
E t tantum cultus sibi ferre: quid admiratus,
A c cultus satis esse queat pro conditione
T am ueræ, miræq; rei, quam præstitit, atque
P erfecit Deus: alituum dum corpora fecit
P endula, & aërium pennis pergentia tractum?
V t si personæ rationem ineamus agentis,
M irius humanum, quàm diuinum esse uidetur
F actũ: si modo quid tribuendũ homini, quod agatur
H umano ingenio mirabiliter: rei utique
S ic ratione, hominis facto diuina, Deiq;
F actio præcellit: tantoq; est dignior, atque
M irior; e fictis quantum præstare uidentur
V era, uel exemplis uiua exemplaria fictis.
Q uanuis respectu diuinæ conditionis,
C uius nullo circumscripta est fine potestas,
P ensilis hæc uolucrum possit natura uideri
M ira minus, longeq; magis miranda uideri
P ossit, ab humana quæcunque uolatilis arte
F icta recensetur species, habita ratione
I psius humanæ, quæ fine includitur arcto

I uris, & est tenui ui prædita, conditionis:
N il tamen obsistit, quin, si qui per se alioqui
I rritus, & fallax est fictus, habet rationem
M iratus, cultusq; aduersus eum pariendi,
Q ui finxit, hominem; multò possit potiori
I ure Dei cultum producere, mirificamq;
V irtutem proferre Dei, qui uerus, habensq;
V itam fictus, ab ipsius processit amussim
A rte Dei. quod mirum alias, ui maxima, et omnem
E xcedente modum diuini numinis, altè
C redita, & asserta, nequaquam posset haberi:
D efectu humanæ fidei, seu credulitatis,
O btinet id miri rationem parturiendi
E gregiam. nam cum mens præcipuè moueatur
S ensibus humana, efficitur, nequid facile haustu
A dmittat, nisi quatenus informata ministris
S ensibus apprendat: quos quantò obiecta patentes
P ercellunt potiora: fit, ut tantò excipiatur
A dmiratio maior, & in mentem inijciat se
T antò mirandi ratio præstantius, atque
F ixius. hinc quantò uolucrum natura modis se
P luribus humanis se præbet percipiendam
S ensibus: & quantò plures complectitur in se
S ensibiles rationes: tantò uim potiorem,
M aioremq; potestatem retinere putanda est
A d mentes in cultum, admiratumq; mouendas
A uthoris, causæq; Dei. uolucrum genus una
N on ratione Deum mirum ualet, atque potentem
S ignificare animis, sensuq; ostendere. nam seu
M ultiplices auium species censere uelimus,

S eu uaria ingenia, & multos perpendere mores
T entemus, magnosq; usus euoluere: quæque
S ingula sic miram diuini numinis artem,
S icq; Dei eximiam uirtutem significabunt;
V t uix maiora offerri ualeant uirtutis
D iuinæ argumenta. quis hinc uarias memorarit,
S iue recensuerit species, uariosq; tenores
F ormarum, & uultus, quibus effictum genus, atq;
D istinctum aligerum? quin continuo rapiatur
M iratu: miramq; Dei non colligat esse
V irtutem. species uolucrum tot condidit, & tam
D iuersas formas finxit Deus: ut numerari
S at nequeant, nequeantq; satis spectando notari.
P ræter corporeæ discrimina plurima molis,
M embrorum uariæ effigies, diuersaq; membris
D ispositis compago tot aspectu uariatas
C onstituunt formas; ut non possit uehementer
N on admirari, quisquis consideret, atque
A nnotet. est etiam pennarum, siue colorum
T am multis distincta modis, diuersaq; uisu
C onditio; ut non tam numeri ratione, modiq;
M ultiplicis, quàm formosi, pulchriq; tenoris
R espectu, queat admiratum excire, animumq;
V ersantem miro affectu perfundere. quisnam
A rte queat pictor repræsentare colores
T ot numero, & uariorum tot pigmenta colorum
E xprimere, & species tot reddere uersicolores
P enniculo, quot corporibus, pennisq; uolucrum
E xpressisse Deus reperitur? nulla coloris
S implicis, aut misti est ratio, speciesq;: potenti

Q uæ non arte Dei pennis expreſſa uolucrum
S it mirabiliter. quin pennæ multa colorum
S unt pigmenta uolucrali compacta, quibus nec
A rs effingendis, nec lingua humana uocandis
N omine ſufficiat. proh mira Dei, præſtanſq;
A rs pingentis: idem corpus, compagoq; uiuens
C orporis eiuſdem, pennis confixa coloris
D iuerſi ſpectatur; & uno caule trahente
H umorem, uarij penitus prodire colores
D eprenduntur, & aduerſa ſpecie cooriri.
V ndè hæc tam uarij compago alterna coloris?
V ndè hæc multiplicum ſeries uariata colorum?
Q uæ non tam uolucris fundit ſe corpore eodem,
Q uàm pennæ eiuſdem prodire ex caule uidetur.
H æc ars mira Dei, ſunt hæc pigmenta potentis
A rtificis. Deus omnipotens, diuinaq; uirtus
E ſt, qua tot miræ ſpecies, ſerieſq; colorum
C orporibus uolucrum funduntur. qui Deus, et quæ
V is diuina ſcatere coloribus efficit herbas
M ultijugis florum: figmentaq; mira colorum
F loribus arboreis infert: uolucrum quoque pennas
P icturat, uarijſq; coloribus inficit ornans:
E t prout humorem eductum tellure per hauſtum
C audicis, aut caulis uaria in pigmenta reducit,
E t mutat florum, licet eiuſdem generis ſit
E ductus humor; ſic humorem uolucrali
C orpore ab infixo pennarum caule receptum,
E xhauſtumq; modis miris inuertit, & arte
M irifica in uarios mutat, redigitq; colores.
Q uòd ſi auium uariæ ſpecies, pigmentaq; poſſunt,

S i ſenſu ſuſcepta animo uoluantur ; agendo
I n diuina homini, in ſtudiumq́; Dei inducendæ
H umanæ menti prodeſſe : quid exoriturum
C redendum eſt momenti , ſi repetantur earum
I ngenia, & mores, & qui referantur ab ipſis
P rouentus : animi tam laxandi ratione,
S eu demulcendi, quàm corporis afficiendi
V tiliter , uarioq́; modo , pactoq́; iuuandi ?
E tſi membra ſigillatim , parteſq́; minutim
Q uaſque recenſendo, quibus impactis uolucrum ſit
C ompoſitum genus, effictumq́; uolatile corpus,
P oſſem mirificam diuini numinis artem ,
A rtificiſq́; Dei uim miram oſtendere : qua ſit
V ſus in edendis , compingendiſq́; uolucrum
C orporibus : tamen id magnæ prouintiæ omittens
P roſequar intereà ſpecies attingere quaſdam ,
E t mores, uſuſq́; aliquos perſtringere . nam non
E ſt animus mihi , quoſque auium mores , ſpecieſq́;
Q uaſque recenſere, & complecti carmine : quòd ſi
V ellem etiã, minus aſſequerer : quoniã uolucrũ tot
S unt fictæ ſpecies , quarum unicuique ſui ſint
M ores , ac uſus : ut pro numeri ratione
I ngentis , non arbitrer exactè numerari
P oſſe , nec humanis dicendi uiribus edi
Q uire ſatis . tam multiplices ſpecies reor eſſe ,
T am uarios mores exiſtere ſuſpicor , ut nec
Q uaſque putẽ notas ſpecies , nec quosque etiamnũ
D eprenſos credam mores : licet ipſa uetuſtas
P lurima tradiderit , multumq́; laboris , & oti
T am ſpecies numerando , quàm mores referendo

C ontulerit.non quasq; uetustati memoratas
E xcutiam species; non mores quosq; relatos
À maioribus attingam: nec singula quæque
T am morum, quàm naturæ miracula uersu
C omplecti curabo; sed ex multis, uarijsq;
A llatis quædam decerpam; quæ facere ad rem
Præcipuè poterunt censeri: propositumq;
D iuinæ nostrum uirtutis significandæ
P rouehere; insigniq; magis ratione iuuare.
M ultiplex auium genus edendo Deus, usus
H oc est mirifico, circunspectoq; tenore:
V t species quasdam cicures, quasdamq; ferinas
C onderet: & species alias, quæ nocte, alias, quæ
L uce apparerent, compingeret. edidit æquè,
Q uæ colerent undas species, & quæ retinerent
S e terra: nec se facilè in sublime referrent.
Q uæ uerò colerent sublimes aëris oras,
S ic tamen, ut terram peterent aliquando: creauit
C omplures species: aliquas quoque protulit, altum
Q uæ semper colerent minus inferiora petentes
T elluris. mira hæc ratio, mirus tenor hic est,
Q uo genere alternè distincto quæque notari,
E xpendiq; potest species insectilis. ipse
N on tamen hac serie seruata prosequar, & non
H oc distinguendi procedam tramite, siue
O rdine: sed species aliquas memorabo, prout se
S ubijcient magis opportunas, & magis aptas
A d nostri rationem propositi, & facientes
P ræcipuè ad miram diuinæ conditionem
V irtutis demonstrandam. Deus ergò uolucrum

Innumeras

I nnumeras inter ſpecies mirabilis eius
F inxit auis ſpeciem : quæ toto corpore miris
P icta modis oculos Argi , centenáq; cauda
L umina picta refert. huius non forma uolucris
E ſt ſolum uiſu ſpecioſa : decoreq; miro
I nſignis, ſed mira etiam natura, tenorq;
M orum mirificus : dum ſeſe laudis amantem
I ndicat , & ſtudio captandæ laudis ad aſtri
S olaris radios gemmantes explicat alas,
E t centum formoſam oculis, & mille colorum
O rdinibus pictam caudam protendit, & orbem
I n latum expandit : qua temporis interuallo
A miſſa, quærit latebras , ſeſéq; pudeſcens
C ondere procurat, donec deprendat adultam.
H uius auis ſunt uſus plurimi, & emolumenta
M ira rei medicæ cauſa , rationeq; carnis
A nni per ſpacium, incorruptæ, ut fertur , in eſcam
D urantis . ſpecies etiam mirabilis iſta
E ſt uolucris, differre mari dum fœmina pennæ
O rnatu ſpectatur , & abſimilis reperitur
O mnino facie . qui mira condidit arte
P auorum ſpeciem, ſtudioſam protulit idem
P auonum ſpeciem uolucrum , quæ non minus eſſet
F œcunda, ornatu uario quàm ſplendida pennæ.
I ſtius eſt uolucris mitis natura , colitq;
T ecta hominum. uolucris ſpecies hæc una tametſi
E xiſtit , naturæq; una conditione
C onuenit , ingeniíq; tenore uigeſcit eodem :
N on tamen eiuſdem ſpeciei corpora ſunt, nec
M olis, nec referunt eadem pigmenta. quibuſnam

E ſt etenim ignotum, qui uiſus munere priui
N on ſint, quàm diſpar moles ſit corporis, & quàm
S it diuerſa habitus ratio, facieſq; Columbis?
Q uorum conditio cum ſit eiuſmodi; ut uſu
N on minus egregio, quàm pigmentis, facieq;
D iuerſa miri exiſtant; non cerno, potentem
C ur artem, qua ſint compacti, non ratione
M irifica oſtendant: miramq; Dei artificis uim
N on teſtentur, & inſigni non lumine monſtrent.
N ec miram minus artificis monſtrare queunt uim
C riſtatæ uolucres; quarum natura tenore
V no cum conſtet, facies uariata colore,
M oleq; conſpicitur. ſpecies hæc mira uolucrum eſt,
Q uæ cum corporeas uario diſcrimine moles
C ontineat, facieſq; modis referat uariatas
P luribus, & picturatas ratione colorum
O mnimoda, non plus fœcundis partubus uſus
A ffert, quàm ſano carnis condimine prodeſt:
N ec magis ingenij, morumq; tenore uideri
M ira poteſt, quàm corporibus ſpecioſa decoris.
M aſculus ex iſta ſpecie, ſeu magna uenuſtas
C orporis, atque decor pennis, criſtiſq; relatus
R egius inſpicitur: ſeu mores, atque canendi
R egula pendantur: miratu dignus haberi
P ræcipuè debet: miramq; Dei indigitare
V irtutem ualet authoris; cuius quoque uires
T eſtatur miras, uigilis quæ ficta uolucris
E ſt ſpecies, opera cuius ſeu uoce feruntur
S eruata obſeſſæ quondam capitolia Romæ.
H æc, & planipedum ſpecies quæcunque uolucrum,

T am morum ratione, decoris quàm uariati
C orporei cauſa, multum conducere poſſunt,
M ultum conueniunt diuinæ teſtificandæ
V irtuti: qua,quicquid habent huiuſmodi aquantũ
T ot ſpecies uolucrum naturæ, moris, & uſus;
C onficitur; conſtatq́;.Deus quoque condidit illam
A ligeram ſpeciem; quæ quanuis tollere terra
S e nequeat propter proceri conditionem
C orporis: in ſeriem tamen eſt aſſerta uolucrum.
A litis hæc ſpecies, non tam miram ratione
C orporis ingentis ſe præſtat, quàm chalibis, ſeu
C uiuſque alterius duræ, rigidæq́; uoratæ
M ateriæ cauſa; quæ conuertatur, & in uim
T ranſeat altricem: qui ſe ſublimiter ales
E fferret, peteretq́; leui celſum aëra penna,
E t uolucres alias ſuperaret celſa petendo,
S ic Deus affinxit, ſic condidit arte magiſtra:
V t ſenium ſumpta poſſet quandoque iuuenta
P onere, & effœtas uires renouare, modoq́;
M irifico amiſſam rurſum reparare iuuentam.
A litis iſtius ſpecies eſt una: licet ſit
S extuplici facie diſtincta,modiſq́; quibuſdam
S ex uariata. quibus rationibus, ingeniijſq́;
A les hic utatur uenando, petendoq́; prædam,
Q ua uiuat: quanam ratione, tenoreq́; miro
E xploret ſobolem, pulloſq́; extrudat,agatq́;
P ræcipites, quos eſſe nothos deprenderit: eſt ne
Q uiſquam, qui ſecum expendat,uoluatq́; putãdo,
Q uin uim diuinam deprendat,& aſſerat ultrò
E ſſe Dei,quicquid miri inueniatur ineſſe

H uic uolucri tam corporei ratione tenoris,
Q uàm causa instinctus generosi, & prospicientis
N aturæ. huic uolucri uirtus diuina uolucrem
M ole parem, licet absimilem forma, atque decore
A equè produxit. uolucris hæc unica fertur
E sse sua in specie, speciemq; implere putatur
S ola suam: cuius cum fuluo colla colore
A urea fulgescant, caput exornante flabello,
E t cristis faciem redimentibus, & reliquum sit
P urpureum corpus, caudam tamen ordine pulchro
C œruleam roseo fusim uariante colore,
M ira fit aspectu species, mirusq; decoris
V ultus, ut agnosci facile ars diuina, Deiq;
A uthoris uirtus: quæ quanq; mira, potensq;
A pparere potest tanti ratione decoris
H uic uolucri iniecti: multò tamen uberius se
E xplicat, & multò se mirius exerit: ipsi
H uic uolucri, si perpendatur, & excutiatur,
Q uos dederit mores, quàm uiuendi diuturna
T empora tradiderit, qualemq; propaginis, atque
E dendæ sobolis rationem indulserit. ut se
C ondat, & extructo nido moriatur, & indè
M ortua producat uermem, cui mox oriantur
P ennæ, succrescantq; alæ, & par forma peremptæ
A ccedat: non ullus erit, qui cogitet, atque
P erpendat, cui non ingens stupor inijcaitur,
E t uehemens non incidat admiratio: qua mox
A d causam, authoremq; Deum redigatur agendũ,
V ersandumq; animo: ad quẽ denique sunt referẽda
O mnia naturæ, & mundi miracula: cuius

V irtutem miram pariter, quem condidit, ales
V ulturius præfert, adeò dum sentit acutè
O lfactu, dum nullo concubitu subeunte
C oncipit, & centum uitam producit in annos
I nnocuam. cuius naturam concipiendo,
E t cuius mores, sectando cadauera Miluus
Q ui tenet, atque refert, cum sit compactus eadem
A rte Dei, non argumentum fert mediocre
M irifice uirtutis, & admirabilis artis
D iuinæ. quas complures, uariasq; creauit
A ccipitrum species Deus, hæ differre uicissim
N on tam corporea specie, quàm conditione
V enandi, & uario morum, ingeniiq; tenore
D eprenduntur; ut existant humili rapientes
E x terra; sint qui rapiant ex arbore celsa,
E t qui sublimi prædentur in aëre, quin uis
I ngenii docilis reperitur inesse uolucrum
H uic generi, qua humanis usibus inseruire,
E t parere homini discit: sociumq; laborem
P endere in aucupiis. nec soli tradidit isti
V im docilem uolucri Deus effinxit uariatas
C omplures alias uolucres, quæ mira magistri
E xprimerent documenta hominis, dociliq; referrēt
I ngenio uoces hominum, dictataq; uerba.
E x quibus in primis se nobis Psitacus offert
N obilis inter aues, seu respiciatur honesta
C orporis effigies, pulchroq; ornata colore:
S eu uis ingenii docilis, naturaq; prompta
D iscendi spectetur. aui mirabilis isti
S ic tradente Deo uis competit addiscendi,

R eddendiq; hominum uoces, humanaq; uerba,
V t propè nil differre homini, quandoque loquend
P ossit censeri: dum quæ dictata recepit,
R eddit: & humanas, quas doctus fingere, uoces
E xpromit. quam uim docilem reperitur habere
P sitacus, hanc authore Deo confictus eandem
G raculus excepit: qui toto corpore, dempto
Q uo rutilat rostro, nigret: similemq; Coraci
S e præstat nigrore. Corax nec conditus ipse
I ndocilis, nec iners ad uerba imitanda docentis.
Q uin tribuente Deo reperitur inesse Coraci
V is quædam uenti, ac pluuiæ præsaga futuræ:
Q uam non tam concussu, quàm clangore strepenti
P rodat; & affectu uariato corporis edat.
Q uæ gemina est species Picæ compacta, prout se
V i docili, uirtuteq; sermonis referendi
H umani, similem præbet præstatq; Coraci:
S ic picturata facie, uarioq; decore
P ennarum præcellit ei, præstatq;: tametsi
I n ratione humani sermonis referendi,
Q uatenus ad studium fingendi uerba, uidetur
S pectare, exuperet non tam, uincatq; Coracem;
Q uàm uolucrē quancūque aliā docilem articulatæ
V ocis, & humani prolatus æmulam. ab ista
A lite non multum differt, ratione imitandi
H umani sermonis, auis: quæ nomine uulgò
C ensetur Merulæ: quæ sic effecta potenti
A rte Dei est uolucris species, ut fœmina multum
À mare pictura pennæ differret: & ipsa
C orporea facie. ueluti Deus intulit isti

I nstinctum uolucri, ut pascatur sola, uoletq;
S ola, nec agmen agat uolitans, sociamq; cateruam
C onficiat; sic aduersam moris rationem,
I nstinctumq; dedit Sturnis; quorum tamen æquè
N aturam docilem, promptamq; referre docentis
V erba hominis fecit. non dissimilem rationem
D iscendi inseruit Turdis: licet hos ita fecit
D isferre à Sturnis, ut tam ratione saporis,
Q uàm sani, mediciq; usus, distantia ualde
A mpla foret. quæ fecit aues diuina potestas
H umani dociles sermonis; condidit æquè
N onnullas cuiusdam participes rationis
H umanæ, quadamq; hominem uirtute imitantes.
N am quæ ficta Gruum species, præferre uidetur
Q uoddam prudentis specimen rationis, & instar
H umani ingenij cautè quamplurima inire,
E t præstare: locos dum mutat, & aëra celsum
T ransgrediens, regem disponit, & ordine certo
A gminis incedit: miroq; tenore sub agmen
E xtremum locat explorantes, excubiasq;
C ontentu lapidis somno tutas ab inerti
C onstituit: nequid dum nocte quiescitur, obsit,
I ncautisq; aliquid discriminis incidat. huic qui
N aupliadum generi uolucrum tribuit rationis
P rudentis specimen: specimen pietatis eodem
E st authore, & concessore Ciconia adepta.
H æc auis ingentis præter solertiæ, & usus
M unus in anguinea perdenda peste, & agenda
I mpigrè uita, obtentum uirtute potentis
A rtificis, mirum instinctum pariter pietatis

O btinuit : quo decrepitos ætate parentes
A diuuat, enutrit, uitæq; alimenta ministrans
S ustinet, & grata reddit, quodcunque recepit
S edulitate . pari fermè ratione creata
I bidis est duplex species; quarum una nigreret,
A ltera canderet, serpentibus interimendis
V traque conueniens . harum tam nobilis usus
E st uisus Nili cultoribus : ut colerentur
I nstar numinis : obseruarenturq; perinde,
V t diuinæ . Quod nimirum hominum genus aptè,
P rudenterq; egisset, auis si conditione,
N aturaq; expensa animo, meriti rationem,
E xhibitiq; usus causam retulisset ad ipsum
A uthorem uolucris, productoremq;, Deoq;
A dscripsisset, aui quodcunque uideret inesse
V sus, uel meriti . sed dum, quod numinis esset,
S iue Dei, uolucri tribuendum censuit esse,
E t cultum, quicunque Deo foret impendendus,
I mpendit uolucri ; sensisse uidetur ineptè,
A bsurdeq; nimis . quæ Phasis auis fuit arte
C ondita diuina : uario perfusa colore
V isitur, & uariata habitu, cultuq; notatur,
P ro uario sexus discrimine. grata palato
N on minus hæc uolucris, dapibusq; accōmoda lautis
C ensetur, specie quàm corporis, atque decore
I nsignis : cum qua Perdix, quæ condita eadem
A rtificis uirtute fuit, ratione saporis
C oncinni certat : quæ quantò se inferiorem
P ræbet ea compti respectu corporis, atque
C orporeæ molis ; tantò præcedit eandem,

E xuperatq́; magis uafri ingenij ratione.
E ſt ea conditio ingenij Perdicibus, arte
I ndita diuina, ut fœtus transferre, timentes
D eprendi, curent, curentq́; imponere uiſis
A ucupibus, dum ſe obijciendo, ſpemq́; ferendo
E xcipiendi, ſufficiunt, præbentq́; morandi
C auſam, quo fas interea, liceatq́;, quibus pro
A ffectu cautum cupiant, diſcedere, ſeq́;
A ucupis è manibus ſubducere. mira uolucris
I ſtius eſt natura, modum ſeu concipiendi
I ntueamur, ſeu fœcundam uim pariendi
S pectemus, ſeu ſolertem, cautamq́; tuendi
T am pullos, quàm ſe à diſcrimine perpendamus.
P rætereà, ut fertur compertum, certa uolucrum
H uic generi lex, ſeu ratio moderaminis, atque
C onuentus exiſtit. habere duces perhibentur,
Q uos ſectentur, & ex quorum ductu ſibi abundè
P roſpiciant. opera pariter, uirtuteq́; ſummi
A rtificis ſibi id ingenij, moriſq́; Coturnix
O btinuit, ne dum loca commoditatis, & uſus
C auſa mutaret, procederet abſq́; regentis
A uſpicio, nec tentaret tranſire caterua
C onfecta, niſi Glottide, Cinchramo, Ortigometra,
A ut Otto comitante. prout uolucrum genus iſtud
E ditum, ut herculeum morbum, ſacrum'ue ſubiret,
S ic deguſtandi uires impune ueratri
O btinuit, uitaq́; uorandi indemne ueneni.
Q ui picturato collo, & ceruice niteret
P orphyrio; & roſtro, ac pedibus, longiſq́; ruberet
C ruribus, arte Dei ſic eſt compactus; ut uſu

N on minus eſcali foret utilis, atque ſalubris,
Q uàm facie præſignis, & admirabilis, hauſta
M orſu unda, pedibusq́; relato humente cibatu
A d roſtrum. aërij ſpecies geminata Palumbis
E ſt producta: duplex pariter compacta gementis
T urturis eſt ſpecies. torques adiecta Palumbes
E fficit abſimiles. albi, nigriq́; coloris
D iſpar conditio diſcrimen reddit in ipſis
T urturibus. qua ui facies uariata Palumbis
E ſt diuina, eadem morum genuina tributa eſt
C onditio; quæ tam pariendi tempora, quàm ius,
M ittendæ uocis, conſeruandæq́; ſalutis
R eſpiceret. qui Turturibus faciem geminatam
I ntulit: & ſpeciem nigri diſcrimine, & albi
T urtuream uariauit: is æquè contulit, atque
C ompingens dedit: ut uolucrum genus hoc uariat
S eſe temporibus præferret; & in ratione
T am partus, quàm connubij, certam tueretur
N ormam, ſeu legem. quin non mediocre iuuandi
H uic uolucrum generi munus uirtute tributum
A rtificis reperitur: cui deprenditur eſſe
V ſus non ſolum paſcendi, ſed medicandi
C auſa etiam. geminum pariter compegit Alaudæ
A rs diuina genus: quorum dedit alteri habere
E latam ſummo plumoſam uertice criſtam,
A tque inſtar pulchri pennam præferre galeri
I nſertam capiti. quanuis utrunque canorum
S it genus, & dapibus pariter ſit conficiendis
C onueniens: tamen unius eſt natura gregalis,
A lterius non æquè. Vpupes quoque pulchra creata

E st species, cui præter fusos mille colores
C orpore, pictus apex uarioq; colore decorus
V ertice fulgescit, miroq; tenore cietur,
N unc elatus, nunc summissus. auis decor huius
A pprime insignis, picturaq; mira colorum
O rdine multijugi. uerùm quæ corporis extat
P ræsignis facies, & quæ formosa uidetur
P ennarum textura, minus miranda putari
D ebet, quàm qui effectus commemorantur oriri
P artibus ex huius uolucris, membrisq; quibusque:
C ui sanè uolucri quanuis ratione decoris
C orporei species Vlules concedat, eadem
N on tamen arte Dei minus est indepta salubris
E ffectus, medicæq; opis. affectos nece natos
Q uæ latere exhausto uiuentes sanguine reddat,
A rte Dei non tam mira, quàm prodigiosa,
C onficta est uolucris. cui penè parem, similemq;
E ffigie confinxit auem miranda Dei uis,
Q uæ solidas, clausasq; uoraret gutture conchas,
Q uas mox euomeret concoctas pectore, & indè
E xcussas testis rursum glutiret, & aluo
C onderet in uitæ sustentamenta trahendæ.
C orpore quæ toto canderet, & arte canendi
A rguta polleret auis, dulciq; probaret
I ucundam mortem cantu: confecta paræquè
E st uirtute Dei: cuius, si quæque uolucrum
C onditio, ac species spectetur, tanta potestas,
T antaq; condendi ratio, & tantus tenor artis
A pparebit, ut in natura si nihil ultra
E sset, quod testari, & commendare ualeret

E ximiam artificis uirtutem, uimq́; potentem
A rtis, ad id uolucrum posset natura uideri
I psa satis. quam si pro conditione latenti,
I nnumeroq́; tenore liceret noscere planè,
E xactéq; capessere: quæ comperta feruntur,
E t quæ traduntur scriptoribus omnia, partis
E xiguæ admodum, & exilis prorsus rationem
V ix reperirentur retinere. tot agnitæ habentur
N aturæ tamen, & species uolucrum, et generis, tot
M ira uolatilis ingenia, ac mores referuntur,
A tque recensentur scriptis, sensuq́; notata
P roduntur uulgò: ut uel cuique probare Dei uim,
M irificumq́; Dei robur ostendere possint:
E t ualeant uel quenque animo, sensuq́; rigentem,
P erfractumq́; mouere, Deiq́; in cultũ agere, atque
M iratum. quin immò, si quæ sunt memoratæ
N aturæ, & species uolucrum, insigniq́; relatæ,
M onstratæq́; nota: penitus contingeret esse
P ræteritas, uel posse nihil prodesse probandæ,
T estandæq́; Dei uirtuti, eiusmodi habentur
Q uarundam uolucrum paruarum conditiones,
V t non ipsarum minus ingeniosa operandi
S edulitas, quàm iucunda, & uariata canendi
A rs queat ingentem reputanti excire stuporem,
A uthorisq́; Dei mirandam significare
V irtutem. quis enim, qui cogitet, atque sagaci
I ngenio perpendat, uti numeris uariatis
S uccinat, & suaui cantu moduletur Aëdon;
E t quàm multiplici uocum discrimine cantum
V ibret, & humani uariam modulaminis artem

E xprimat, & gracili modulatum gutture fingat:
N on miretur, & ex huius paruæ modulatu
T am miro uolucris, non colligat argumentum
N obile uirtutis diuinæ, & non operantem
V im quandam, certamq; Dei deprendat, in huius
N atura uolucris, dulciq; canore? pusillam
Q uis non præterea miretur Achantida: quæ tam
C orpore formosa est picto, quàm uoce sonora
N obilis? hæc sanè paruo compacta uolucris
C orpore, tam pulchra specie, tam uoce canora
P ræstat, & ingenio docili tam pollet, ut in se
N on paruum specimen referat uirtutis, & artis
D iuinæ: qua tam speciem, uocemq; recepit,
Q uàm docile ingenium. si cantus Hirundinis est is,
V t cuiquam possit non multum dignus haberi
M iratu, quis erit tam sensu durus, inersq;
A ffectu, quem non subeat miratio, quiq;
N on admiretur: uolucris si cogitet artem
E iusdem, ingeniumq; expendat; quatenus, in quo
P rolificet, nidum fingit, miroq; tenore
S uspendit tignis, limoq; adglutinat. huius
A rte Dei fictæ uolucris tam mira patescit
A rs, tam sedulitas se cauta, & prouida pandit,
V t satis ipsaq;, etiam si sola putetur, habere
M omenti ualeat pro præstanti insinuanda
A rtificis uirtute Dei, miraq; probanda.
H ic ego præterea possem memorare uolucrum
M ultiplices species, quæ tam differre canendo,
Q uàm facie uariare uicissim comperiantur.
N am possem Parras, Picos, Alcedona, Lincem,

C ypſellum, Grauiam, Mergum, Chloriona, Frigellã,
E t Cepphum memorare. recenſeri quoque poſſet
G algulus, Aenanthe, Ficedula, Ciſſa, Erithacus,
C iclus, Apos, Collurio, Sitta, Rubecula, Egitus,
C erthea, Cerulea, Argetylis, Curruca, Cucullus,
R egulus, & Motacilla. pari ratione referri
N octurnæ poſſent uolucres Aluco, Cicela,
N octua, Nycticorax, Hybris, Strix, Bubo, Trogoq́;.
V erũ progrediens ultra, has ſpecies uolucrũ omnes,
H iſq́; alias longè plures dimitto; nec uſus
I pſorum uarios, pigmentaq́; mira, modiſq́;
I ngenia inter ſe miris uariata, referre
P roſequor expediens: quoniam quæ dicta fuere,
P ro noſtri ſat propoſiti ratione, modoq́;
E ſſe reor; cuius non omnino eſt, ut agatur
D e uolucrum ingenijs, totoq́; tenore uolantis
N aturæ: ſed uti uolucrum tractatio fiat,
Q uatenus ad facti faciat primordia mundi
N arranda, & referenda Dei miracla creantis.
N on tamen aligerum duplex genus inſectorum
P rætereundum, quin aliquatenus excutiatur;
C um nihil in brutali animantum conditione
E ſſe rear, quod mirandæ æquè conditionis
E xiſtat: pariterq́; queat monſtrare potentes,
E ximiaſq́; Dei uires condentis, & artem.
E ſt apis inſecti generis, quæ condita mira
A rte Dei, tantum præfert uirtutis, & artis,
E t tantum ſpecimen mirabilis, atque potentis
N aturæ gerit; ut nunquam ſatis ipſius edi,
E xpromi'ue queat tum uis miranda operandi:

Tum ſolertia prouida, & opportuna cauendi.
Quas etenim cellas habitet: hæc glutine fingit
Collecto: & ceras teneris ex floribus actas
Crure domum defert, & diuerſoria miro
Ordine componit: quæ tam ſint commoda proli
Edendæ, quàm ſuſcipiendo congrua melli.
Materiam uarijs decerpit floribus, ex qua
Cellis illata natos excludat. eoſdem
Lambendo flores cœleſti rore madentes,
Haurit, quem regreſſa, domumq́; reuerſa liquorem
Euomat, & melli conflando congerat. huius
Inſecti uolucris tam prouida cura futuri
Eſt uſus, tam procuratio cauta neceſſi:
Vt nunquam, quantum liceat per tempora, ceſſet
Ire, redire, operiq́; frequens incumbere agendo.
Inſecto huic generi moderaminis eſt ea norma
Indita condentis dono, ut ditione regatur
Vnius, & Regem agnoſcens concorditer uno
Conuictu utatur, diſtinctaq́; munera certis
Ordinibus ſubeat. ſpecies mirabilis huius
Inſecti ut uenerem neſcit, ſic plurimum abundat
Ingenijs, miraq́; operandi præualet arte.
Eſt aliud genus inſecti mirabile præter
Cætera: quod forma candentis Papilionis
Definitur. id inſecti genus editum, abundè
Arguit, atque probat uim, uirtutemq́; Dei, qui
Edidit, eximiam. candens fuit ergò creatus
Papilio, miraq́; Deî formatus ab arte,
Qui quanuis alas habeat, quas uibret, agatq́;:
Non tamen attollit ſeſe, corpuſq́; uolatu

E xerit . insecti mirabilis istius hæc est
C onditio; ut quàm plurima proferat oua, quibus
C onfotis calida, parui prorumpere uermes
S pectentur : qui per modica interualla dierum
S æpe cute exuti tractim augumenta capessunt :
D onec ad exactum incrementum corporis acti
S erica fila uomant ; dimittentesq; cibatum,
F olliculis circum textis se mollibus abdant :
I n quibus ut necti, dictu mirabile, plures
P ermansere dies ; rediuiui crate forata
F olliculi, erumpunt ; permutatáq; figura,
V ermibus ex longis alati papiliones
E ffecti apparent : qui uermibus oua ferendis
P arturiant: rursumq; genus, speciem'ue propagent.
Q uis Deus insecti miram consideret huius
N aturam, repetatq; animo miracula uermis
I stius, alligeriq; animantis, qui tua tandem
M unera non agnoscat ? & hac in conditione
I nsecti, miræ uestigia clara tuæ non
D eprendat uirtutis ? hebes quis denique tantum
E xtiterit, qui non intelligat esse potentis,
E ximiæq; tuæ uirtutis ; uti genus istud
I nsecti tam mirifica ratione, modoq;
S ese habeat ; tantumq; operando præferat in se
I ngenij, & tantum ostendat mutando figuram
M iracli, uitamq; obita iam morte trahendo:
V ltrà quis dubitet, hominum defuncta uolente
C orpora posse Deo reddi uitalibus auris,
E t rursum posse ad ducendæ munia uitæ
R estitui ? quis præterea miretur, ea ui,

Corporibus

C orporibus uitam humanis accedere rursum;
Q ua deprendatur, sensuq; patescat aperto,
D efunctum uermem rursum uiuiscere; seq;
P ertusa claustri tunica, proferre figura
M utatum, & specie longè meliore palàm se
O stentare? quis humanis contingere posse
C orporibus dubitet, quod iam contingere uermi
P erspiciat? qua ui constet uermes reuocari
I n uitã, ad speciemq; magis pulchrã, atque decorã
R estitui: dubitare, eadem ne queant operante
H umana ad uitam reuocari corpora, & ad ius
N obilius uitæ, speciemq; probabiliorem
A dduci; non absurdum minus extiterit, quàm
I mpium. ea est uirtus diuina, Deiq; potestas,
V t nihil inueniatur tam nostris alienum
S ensibus, & nostras tam uires exuperans, quod
N on ualeat præstare. sacris quæcunque papyris
S pondentur diuinas respicientia uires,
A c homini tribuenda Dei uirtute, putanda
V era quidem tam sunt, tam sunt credenda futura,
V t uel corporeis sint sensibus obuia plura,
Q uæ maiora potestatis sint signa, ferantq;
M aiorem speciem miracli: quæ tamen inde
M ira minus censentur, quòd consueta frequenter
C ontingunt, animosq; euentu prodita iugi
P ersuadent: crebraq; fidem assuetudine quærunt.
Q ui uolucres finxit Deus aligeramq; creauit
M ultiplicem speciem, quæ magna ex parte per oram
A ëriam se ferret, & aërios uolitando
I ncoleret tractus: idem uirtute suapte

E didit innumeras formas, ſpecieſq́; animantum,
Q uæ colerent undas, agerentq́; per æquora uitam.
Q ui ſic produxit uolucres, ut ſufficiente
A d formas ſe materia uarias capiendas,
I pſe foret, qui formas inderet, ac animabus
N on tam fingendis operam præſtaret, opem quàm
S ufficeret, uireſq́; impenderet effigiandis
C orporibus, generi parili ſe iure natantum
P ræbuit edendo: quorum non extitit author
T am ratione animæ, quàm corporis. Humida limi
M ateries mandante Deo ſic accipiebat
M ultiplices formas animantum; ut mira Dei uis
E ſſet, quæ prorſus formas impingeret, & tam
C orpora conficeret diſtinguens organa quæque
M embrorum, quàm uiuificantem animæ rationem
C onderet. omnipotens igitur Deus æquora, & undas
M ultiplici ornauit, fœcundauitq́; natantum
C onditione. tot effigies, ſpecieſq́; Dei uis
P rotulit æquoreas animantum, ut eis memorandis,
A ut deſcribendis ſit ſuffectura poteſtas
N ulla hominis. nam propter eam, quæ materiæ eſſe
H umidæ, & effluxæ perhibetur, conditionem,
E ffectum eſt, ut agente Dei uirtute, natantum
L ongè maiores moles contingeret edi,
E t multò plures numero ſpecies animantum
C onfici in undis: quàm quæcunque uolatiliũ eſſent
M oles confectæ, ac ſpecies. Quin tanta natantum
C opia, & æquorei generis tam larga propago:
V t nec, quæ uolucri nituntur in aëre penna,
N ec quæ per terram ſerpunt ſpecies, pedibuſq́;

I ncedunt, totidem existant, tantisq; uigescant
M olibus. ingentes quæ Cete grandia montes
A equarent, & corporibus diffusa quaterni
I ugeris implerent mensum, sunt condita. Pristes
P roductæ, quæ per cubitos extenta ducentum
C orpora proceræ traherent: uastisq; triremum
I nstar corporibus sulcarent æquora, seq;
M olibus ingentes agerent per lata marini
M armora profluxus, spumasq; per æquora magnis
M otibus excirent. qui molem quanq; columnæ
I mmanem æquaret, Physeter conditus. Orca,
Q uæ doli speciem referens discrimine magno
Q uanq; tamen molem doli superaret, & undas
A equoris informi membrorum mole cieret,
E st producta, Deiq; potentibus edita iussis.
E dendo Deus æquoreas species animantum,
S ic arte est usus uaria, sic ordine secto
R em perfecit, uti species restringeret omnes
A d quædam discrimina corporis exteriora:
C orporeisq; quibusdam abiungeret indumentis.
N am species rigido squamarum tegmine quasdam
O bduxit: quasdam corio, molliq; pilorum
T exit ueste; alias testis, & cortice duro
M unijt; obsepsit crustis aliquas; spinisq;
A rmauit: cute nonnullas circumdedit aspra;
M olli alias; cutis iniecit, tribuitq; quibusdam
N il penitus. distinxit item species ratione
S pirandi Deus omnipotens, & fecit, ut essent,
Q uæ traherent, agerentq; animas, spirareq; possent,
E t quæ uitam agerent nullo spiraminis usu:

N ullaq́; ſpirandi uiuentes munia obirent.
D upliciter pariter ſpecies uariauit, & eſſe
Q uaſdam iuſſit, quæ propagarentur ab ouis;
Q uaſdam, quæ partu, fœtuq́; animantis abundè
C onſeruarentur. ſtatuit ſpecies quoque: quæ ui
S eminis, & gemini ſexus operamine inirent
P erpetuam ſeriem: & quæ ſeminea ratione
H umentis, calidiq́; propagarentur, & abſque
O fficio ſexus inſtaurarentur, inani
V ita materia, uitam capiente latenti
A rcano. ſanè exiſtunt permulta marino
I n genere, æquoreaq́; animantum conditione,
Q uæ ualidam, miramq́; Dei generaliter artem,
V irtutemq́; queant oſtendere. ſed ſpeciatim
S e præſtant longè plura, & potiora, potentem
Q uæ uim, mirificamq́; Dei poſſint aperire,
E t monſtrare poteſtatem. tot aquatilium ſunt
E ductæ, fictæq́; Dei uirtute figuræ,
E t ſpecies, ut ſi numerus pateretur earum
M aximus, ut ſingillatim noteſcere poſſent,
E xacteq́; recenſeri: producere quirent
T antum admiratus, tantumq́; potentiæ, & artis
E dere diuinæ inditium, ſpecimenq́; ualerent;
V t qui ſe haud ſineret tot agi, duciq́; ſtupendis
N antum figmentis in figmentarij honorem
I pſius, & cultum, ſtupidus, ſtolidusq́; uideri
O mnino poſſet. tot adhuc tamen agnitæ habentur
A equorei generis ſpecies, ut ſiquis earum
C ontemplatu ſe minime permittat agendum
I n cultum artificis: non indignus uideatur,

C ui multum adſcribatur ineptiæ, & improbitatis.
Q uot nantum uariæ ſpecies, tot ſunt uariatæ
A eque naturæ: numeroq́; pari ſpeciebus
R eſpondent mores. nec plures uſibus, atque
I ngenijs ſpecies omnino creditur eſſe.
S icut multiplex ſpecies deprenſa natantum,
E t comperta, Dei mirandam comprobat artem:
A ffectumq́; poteſt hominis uehementer in ipſum
E xcire artificem, cultumq́; laceſſere: ſic quæ
M ultiplex natura pari ratione pateſcit,
E t qui comperti mores, deprenſaq́; iam ſunt
I ngenia, atque uſus; multò potius, meliusq́;,
S i perpendantur, poſſunt oſtendere uires
A rtificis miras, multoq́; inſignius, atque
V berius conferre animis in cognitionem,
A ffectumq́; Dei referendis, atque trahendis.
Q uis non affectu tangatur, & admiratu
D iuini artificis? qui cogitet, excutiatq́;,
Q uæ ſit natura, ingenium, uirtusq́; Simonis
A equorei: dum ſe defert uelocius omni
A lite, uel iaculo, dum uoces audit, amatq́;
H umanas, hominiq́; ipſi ſe præbet amicum:
E t dum pendentes præſentit in æquore turbas,
A gnoſcitq́; futuræ ſucceſſura procellæ
T urbamenta. tot affirmantur mira marini
I ſtius, æquoreiq́; animantis; uti uideantur
I nterdum maiora fide: ſuperareq́; brutæ
N aturæ penitus rationem. quod perhibetur
P onticolæ Vituli ingenium, naturaq́;, quem non
E xcitet in cultum diuini numinis: à quo

P rocedat? quem non pariter deducat in eius
A ffectum, qui factor deprendatur, & author?
N am præter miram disciplinæ rationem,
Q ua non uisu hominem solum, sed uoce salutat,
E t qua compellatus respondere refertur:
D um uiuit, uitamq; trahit: mirabilis esse
V irtutis perhibetur ei detracta perempto
P ellis, & excisæ pinnæ. quam Pollipus artem
V enando exercet, qua proprietate colores
Q uosque uiget repræsentandi, quis fuerit, qui
P erpendens absistat, quominus admiretur,
O bseruetq; Deum, cuius uirtute potenti
P ercipiat, tantum ingenij, tantumq; uigoris
P isci competere? ut se Pompilus æquore ab alto
E fferat, & summas salsi subiens maris undas
B rachia sustollat resupinus bina, cutemq;
P rotendens sursum mediam, cirrosque deorsum
D emittens, mira per pontum nauiget arte:
V elificetq; mari celeris de more liburnæ;
Q uis secum reputet: secumq; examinet, huius
Q ui non authorem ingeniosi imitaminis esse
M irandum, sibi credat, opineturq; colendum?
C uius cum mira pariter uirtute sit actum,
V t fuso abscondat se protinus atramento
S epia: & afficiat pisces, segniq; stupore
C orripiat Torpedo: uideri quibit inerti
E t stupida ingenij affectus torpedine prorsus:
Q uisquis ab istorum mira natura animantum
N on patiatur agi ad mirandum, siue colendum
Q uem pateat fabrum naturæ huiusce fuisse.

M ulta quidem possent prodi miracula de ui,
N atura, ingenijs, discrimine, moribus, usu
A equorei generis, nantumq; undis animantum.
P ossent mira recenseri de piscibus, & de
V ndicolis animantibus emolumenta, medendi
T am rationem respicientia, quàm comedendi.
Q uàm pretiosa maris quædam conchylia, quamq;
V nio mirifica candens ratione feratur:
E t quàm quarundam pulchros expressa colores
V enula concharum reddat, possemus utique
E xplicitè memorare: Deiq; patentius artem,
A tque potestatem testari. sed quia rerum
L onga solet series quandoque retundere sensus,
E t nimis exquisita potest tractatio mentem
D istrahere, atque animis fastidia ferre, marini
M iraclis generis plerisque silentio omissis,
A dijciam dictis nonnulla coronidis instar
P aucula cuiusdã: quæ propter, quam retinent, uim
E gregiam; non dimittenda putauimus esse.
I n salsis æquè est productus Echineis undis
A rte Dei: qui cum piscis sit corpore paruo
A dmodum, & exili: uastas hærendo carinis
À cursu naues fertur compescere, uiq;
S istere monstrosa frustrà impellentibus auris,
R emigibusq;. licet species hæc paruula piscis
C omplures alias teneat uires operandi
M irificas, tamen hæc remorandi mira potestas,
Q ua tam paruo corpore tam magnæ reprimuntur
À cursu moles; superat quamcunque aliam uim
T am Remoræ ipsius, quàm cuiuscunque marini

A lterius fœtus : ni forſan ſtellá repugnet;
N ec cedat, quiſquis perhibetur Dactylus. at quid
V lterius mirum cenſetur, ſi Deus, & ſi
C orpore non ſubſtet, quantum uis corpora magna
S iſtat, uel moueat, ſi qui tam corpore paruo eſt
P iſcis, habere poteſtatem, ac uires reperitur
T am magnas moles ſiſtendi? Quid ratione
E ſt ex aduerſa mirum, ſi corpore piſcis
C onfictus, uirtute Dei, qui corpore nullo
Q uæque mouet, ſiſtit'ue ingentia corpora : corpus
N auigij pelago ualeat frenare citatum :
D um cuius fuerit uirtute creatus, eodem
S iſtat, agatq́;, modum & uires præſtante. minori
N on ſe miraclo piſcis, qui nomine Stellæ
F ertur, habet : medijs pelagi dum uiuit in undis :
F eruoremq́; ignis cuſtodit in æquore. mirum
O' facinus, teſtansq́; Dei mirabile robur.
A nguſtæ piſcem formæ Deus edidit unà
C um reliquo pelagi ornatu, qui feruidus ignem
F ingeret : & rigidis hærentia corpora in undis
V reret, & tactu combureret omnia. non'ne
A rguit iſtius piſcis natura, probatq́;
C onditio, quàm nil uirtus diuina ad agendum
S entiat obſiſtens; & quàm nihil experiatur
A duerſum in quacunque rei ratione creandæ.
E n facit hæc uirtus; ut aquis, ac ignibus inter
S eſe conueniat, ualeatq́; exurere in unda
I gnis : & in medio feruor ſe frigore ſeruet.
Q uæ uirtus piſci tribuit diuina calorem,
F eruoremq́; ignis, pariter productus eadem

D actylus ex conchis, ignis sibi lumen adeptus.
D actylus ingenti miraclo conditus, edit
L umen, & in tenebris claro fulgore nitescit.
Q uin ea conditio, naturaq; dicitur esse
H uius conchili, ut non tam, dum uiuit, habetq;
V italem sensum, promat, referatq; nitorem:
Q uàm discerptus agat lucem, fulgoreq; miro
E niteat, dum manditur, atque lacessitur ore.
I stius quicquid succi de corpore conchæ
E xprimitur, quæcunque humoris gutta liquentis
D ecidit, elucet: quodamq; nitore refulget:
S iue solo fuerit, seu ueste recepta bibenti.
Q uis satis hinc ualeat mirari arcana potentis
F acta Dei? quis mirificam satis obseruare
H inc queat artificis uirtutem, siue uigorem
D iuini. cuius porrò rationem operantis,
C ondentisq; prout nemo deprendere, nemo
S cire potest, sic est oblata occasio cuique
I psam admirandi, cognoscendiq; per acta
T ot rerum miracula, per speciesq; animantum
T ot miras, uariasq; eductas, quas reputare
S i secum persistat homo, non tam faciendi
D eprendet, noscetq; potentem, quàm sui amantem
E sse Deum, qui tot rerum miracula, totq;
N aturas, speciesq; animantum fecerit ergò
I psius, ut partim, quibus usibus inseruiret
C orporeis, partim quibus ad sublimia agendo,
V ertendoq; animo succurrere posset, haberet.
Q uas uarias uolucrum species Deus edidit omnes,
E t quas innumeras formas, speciesq; natantum

I ntulit æquoribus, liquidisq; creauit in undis,
H as omnes illuc dirrexit : eumq; redegit,
I n finem, ut possent homini prodesse, hominiq;
T um respectu animi, tum causa corporis, esse
V sui, & omnino uitæ ratione utriusque
C onferre. hanc igitur mortales numinis in nos
C autelam agnoscamus, propositumq; merendi
D e nobis bene diuinum, grati accipiamus,
E t duplicem super eductis nantum, atque uolucrũ
N aturis, meriti diuini conditionem
S ic perpendamus, sic admittamus, ut usum
N on minus ex ipsis, uitæ ratione futuræ
E xcipiamus, quàm causa præsentis, & huius
M ortalis uitæ excipimus. quæ commodæ alendis
C orporibus, gratæq; cibi ratione, creatæ
S unt uolucrũ, & nantũ species, cũ prosatæ eædem
S int etiam : quo perpensæ, ingenioq; uolutæ
P rodessent animis in numinis cognitionem
D ucendis, cultumq; Dei, & speculamen agendis:
V aldè inconueniens esse, indignumq; uidetur,
V t neglecto, postpositoq; salubri animorum
V su, corporeum solum uertantur ad usum.
Q uin, dum defertur uentri, nimiumq; palato
I ndulgetur, eò peruentum, ut quicquid ad usum
C orporis eductum faciat, prodesseq; possit
C orporibus, prorsus nocuo absumatur abusu.
N am qui producti pisces, uolucresq; fuere,
T am quicquam prodesse animis nõ comperiuntur,
T amq; aliquem non usum parturiunt animorum,
V t, quam corporei teneant usus rationem,

E t quam conditionem alioqui proficiendi
C orporibus habeant : hac sic fraudentur ab ipso
L uxu, ut non animis minus obsint, quàm exitio sint
C orporibus. quæcunque Dei bonitas animantum
C orpora aquatilium, uolucrumq; creauit in usum,
P rofectumq; hominis, luxu, culpaq; suapte,
N on minus ingratus meriti, quàm pernitiosus,
I nfensusq; sibimet homo, facit exitiosa :
E t damnosa sibi reddit : Deus edidit, undè
P osset homo sibi commoditatis plurimum, & usus
S umere, tum causa præsentis, tumq; futuræ
V itæ. sed quæ produxit Deus opportuna,
A ptaq; uiuendi rationi utrique, tenorem,
V tendo, dum nescit homo seruare, modumq; ;
D iuinum meritum sibimet corrumpit, & ultro,
Q uæ ualeant prodesse, Deiq; tributa benigno
M unere sint, nec gratè agnoscens, nec moderatè
E xcipiens, in pernitiem sibi uertit, & usu
C orporis immodico dum prorsus peccat, inerti
F it animo, meritisq; Dei, rebusq; putandis
A uersum se præbet. id efficit, ut fore ducam
I nterdum melius, si contineatur ab hisce
C ædendis, quæ uiua Dei miracla probare
P ossunt, & possunt animum diuertere cæsa;
Q uominus id fiat, quod pro ratione salutis
E xpedit, & finis. mihi si liceat sine noxa,
A ut offendiculo cuiusquam dicere, siue
E ffari, quid de perimendis sentiam in escas
I nnocuis animantibus, haud fieri reor absque
N aturæ offensa, atque animi temeramine mitis :

V t, quæ non aliquo mortem meruere animantes
C rimine, nec noxæ cuiuſquam ſint reæ, agentes
I nſontem uitam: & ſpecie, ingenioq; potentem,
E gregiamq; Dei uirtutem ſignificantes:
D e medio tollantur, & interitu afficiantur:
Q uo damnoſa gulæ, uentriſq; ineatur inertis
G ratia: cur pictas adeò, pulchraſq; uolucres,
Q uæ non tam noſtras aures dulcedine cantus
O blectent, quàm pulchræ oculos ſpectamine formæ
D etineant, non immite, indignumq; necare
O mnino fuerit, turpemq; inferre uoracis
V entris in ingluuiem? ſi fruges terra miniſtrat,
S i uarios fructus producit fertilis arbos,
V ita quibus ualeat tolerari humana, quid ultra
F ormoſo uolucrum generi, innocuoq; animanti
I nfertur uiolenta manus, munuſq; trahendæ
A ufertur uitæ? eſt ne gulæ indulgentia tanti,
T antáne cura ſatisfaciendi uentris inani,
D amnoſæq; uoluptati? ut formas patiamur
P erdere tam pulchras animantum, & uiua necare
C orpora, quæ ſenſu pariter potiantur, uti nos,
E t quodam ingenij attingant nos participatu.
S i uitam nobis, quimus ſine morte tueri
I llata in uitam quidnam ſæuimus eorum
Q uæ noſtra indemni uita potuere relinqui
V itæ? cum ſolum poſcat natura neceſſe,
E ſt luxus, turpiſq; gulæ perquirere quicquam
V lterius, præterq; neceſſum expoſcere. poſtquam
O mnipotens opifex ſtatuit, finxitq; natantum,
A c uolucrum ſpecies, iuſſit producere quanque,

E t producendo diffundere ſemet, & auctu
C reſcere prolifico, ſeſeq́; propage perennem
R eddere ſuffecta. nam cum foret ipſe uigoris
A uthor prolifici, ſemperq́; futurus, in omni
E ffigiando, uiuificandoq́; corpore princeps
E ſſet, & authorem ſe præſtaturus ad omnes
E dendas formas cuiuſque propagis: in ipſas
I d iuris ſpecies prolem producere iuſſas
T ranſtulit, ut proli ſeſe, ſoboliq́; miniſtras
E dendæ ſolùm præberent: officiumq́;
P roducendi animal præſtarent, quatenus aptam
F ormis materiam generatim ſuſcipiendis
S ufficerent. geminum concurrere mutuò ſexum:
E t concurrendo ſobolem producere iuſſit
S ic Deus, ut maris officio, quod fœminæ adeſſet
M ateriæ rudis, afficeretur, & excipiendam
A d formam uegetaretur: quæ mox foret ipſo
A uthore inducenda Deo. non abſque Dei ui,
A ut uirtute reor quaſquam formas animantum
E ffingi, aut animas generari. non modo duco
A uthorem cuiuſque animæ, formæq́; Deum eſſe
S enſatæ, ſed cauſam etiam, uireſq́; quibusq́;
C orporibus uaria membrorum conditione
F ingendis præſtare. quis arbitretur ineſſe
T antum uirtutis, tantumq́; uigoris, & artis
C uiquam animāti, quæ uitam tenuem, fragilemq́;
E x condicto habeat, nec, quid faciat, bene noſcat,
D um coit; ut poſſit uitam producere, totq́;
M embrorum ordinibus corpus diſtinguere? quis non
C olligat eſſe rei iſtius quandam potiorem

C ausam aliã, quæ quicquid agat, bene calleat, & tã
P erpetuam uitam teneat, quàm suscipiat uim
E x se uiuendi, uitæq; omnem rationem
I n se contineat. Deus est, diuináq; uirtus,
Q uæ cum perfectè cognoscat, agatq; scienter,
E t tam perpetuò uiuat, quàm in se rationem
O mnem uiuendi teneat; totius origo
E st uitæ, munusq; exercet quæque operandi
M ira in natura: cuius uirtutis apertè
O fficium in producendi ratione probant, qui
Q uottidie effectus uisuntur, & accipiuntur
L uminibus: dum ex materia sine semine quoquam,
C oncubituq; animantis, oriri corpora sensu
P rædita spectantur, mirisq; tenoribus edi.
N on est humoris, non est, ò, philosophantes
H arioli, calidi solaris: ut efficiantur,
E danturq; rudi tam corpora mira animantum
M ateria. si nec sensus, nec uita animalis
E st Soli, si Soli inquam intellectus habetur
N ullus, nullaq; percipiens ratio efficiendi,
V t Soli tribui poterit productio fœtus
S ensati, & uita pollentis? ut articulata
M embrorum compactio, multiplici ratione
M utuò conspirans adscribi quibit eidem
S oli? uiuentum Deus est primaria causa
C unctorum, tam uiuificans, quàm membra tenore
M irifico fingens: à quo simulatq; fuere
C onditæ aquatilium species, uolucrumq; decora
C orpora; Sol quintum reuoluto absoluit oberrans
O rbe diem, sextæq; diei exordia iniuit.

IVNIORIS LVDOVICI PARISETI REGIENSIS AD VARIVM TO-LOMAEVM FRATREM

THEOPOEIAE

LIBER SEXTVS.



*Xtremus Tolomæe labor iam reſtat, opusq́;*
*Naturæ, & mundi metæ, finiq́; propinquat.*
*Iam uaſti maris educti diſcrimine ad oras*
T *erreſtres adnamus. uti partem eſſe laboris*
I *nſignem exactam gratandum eſt, ſic ſtudio omnĩ*
Q *uærendum, & uoto, ne deficiatur in ipſo*
F *ine, nec extrema fœdè impingatur in acta.*
M *ulta quidem euaſi rerum diſcrimina, multis*
E *ripui ſcopulis cymbam; remisq́; laborans,*
E *t uelis, pelagi complura pericula obiui*
I *ndemnis: ne quid damni ſubeatur ad oram*
N *antibus optãdum eſt: ne quid, dũ fortè propinquæ*
F *idimus apulſu terræ, contingat iniri*
I *lliſus, ſumma contendere oportet opum ui.*
D *iuini prout hæc operis pars ultima, terræ*
C *ontinet ornatum, propiusq́; ſubire uidetur*
N *otitiam, ac uiſu propiori accedere nobis:*
S *ic, cum de productu hominis, cui cætera penè*
C *oncedant cuncta, & cuius propè cuncta fauore*

S int producta eadem sit agendum, maius habere
M omentum, & tractatus maiorem utilitatem
F erre uidetur. in hac igitur se parte, laboris
O bijciet multum, & multum se frugis, & usus
S uggeret. idcircò siquid contaminis unquam,
S iue laboris iniuimus; impendamus oportet
H uic parti. siquid studiosus proficiendi
V nquam sum conatus, præcipuè mihi nunc est
N itendum, ne pars hæc ultima idonea, & apta,
D e qua profectus multum, & multum utilitatis
E xcerpi possit, nostrapte incuria inanis
P rofectus reddatur, eumq; minus ferat usum
Q uem rectè tractata alioqui ferre suapte
N atura ualeat: siquandò per ardua euntem
N aturæ, & nullo signatos limite campos
I ntrantem non deseruisti, nec sine ductu,
A uspicioq; tuo siuisti incedere, diue
S piritus; insigni mihi nunc ratione, modoq;
P ræcipuo aspira: & facilem fer numinis auram.
H uc ades alme Dei, diuineq; spiritus, & me
C onantem memorare tuos per carmina miros
E ffectus comitare, tuoq; fauore iuuatum
E sse uelis: prosperq; pio succurre labori.
S i quod conor, ago studio, curaq; iuuandi,
E t tua pandendi numeris miracula; cum sit
P ræcipuè, prodesse tuum, conferreq; dona,
N on uideo, qua re melius præstare, quod ad te
P ertineat, possis: quàm cuius posceris à me
N unc causa; quæ porrò eius rationis habetur,
V t pandendo tuæ bonitatis facta, iuuare

M irificè tentem, tentemq; homini ratione
P ræcipua prodesse. rei qua conditione
A llata, in cultum, studiumq; tui, undè salutis
P endet opus, melius credendum est posse moueri,
A dduciq; hominem, quàm qua deprendat homo se
À te formatum, atque tuo se munere adeptum
V itam? implorati diuini numinis aura
A spirante, diem iam sextum intremus, & artis,
A tque potestatis facta admiranda supremæ
A dgrediamur, & educti mundi referamus
P ostrema ornamenta. die simulatq; peracta
Q uinta, sexta dies subijt; prout æquora nantum
M ultijugi specie Deus exornarat, & undas
P iscibus innumeris replerat, sic quoque terram
C urauit uarijs animantum ornare figuris,
E t speciebus, eiq; sua ornamenta, forent quæ
O mnino seiuncta, dare. arboreis speciebus
Q uam modo, & herbarũ, frugũq; propagine terrã
O rnarat, fixoq; decore affecerat, æquè est
M ultiplicum formis animantum aggressus eandem
I nsignire, palamq; abiuncto ornare decore.
I n primis igitur finxit brutale animantum
M ultiplex genus, & uarijs quodque specierum,
A c morum distinxit conditionibus. indè
C uius cuncta forent causa producta, creauit
H umanum genus, ac hominem fecit rationis
P articipem. Artificis hominis de more uidetur
P rocessisse Deus, dum cœpit ab imperfectis,
E xtremoq; loco perfectum distulit. ergò

O mnipotens opifex terram ornaturus, oriri
I ussit, & eduxit formans uarias animantis
T errestris species, quas sic planè generali
C ontraxit ratione, forent ut quadrupedantes
P lurimæ, & absque pedũ reptantes munere, multæ:
E t quæ se geminis deferrent cruribus, essent
N on paucæ: ut cicures essent, essentq; feroces,
E ffecit. tot terrestres species animantum,
H ærentumq; solo Deus edidit, ut numerari
N ec ualeant, nec circumscribi indagine possint
H umana. quot uerò Deus species animantum
T errestres finxit, totidem uariauit easdem
I ngenijs, totidem distinxit moribus, & tot
V sibus insigniuit. in his perstare quibusque
S i uellem, non tam longi, quàm futilis esset
C onatus, quoniam numerus non sustinet ingens,
N ec prorsus uariata sinunt discrimina eorum,
V t percenseri possint quantumlibet amplo
T ractatu, aut complecti quantumuis studioso
S cribendi officio. quis enim se fidat abundè
E sse recensurum, quotnam sint conditiones,
A ut mores iumentorum, quotuplex generis sit
S yluestris natura, quot existant rationis,
N aturæq; gregalis, quot contrà numero sint
S oliuagæ species? quanuis ego nescius haud sim,
Q uanti momenti, uel ponderis esse potenti,
M irificæq; Dei uirtuti significandæ
P ossint, quæ compertæ terrestres animantum
S int species, mores deprensi, & mira notata

I ngenia, ac usus: quanuis quæcunque feruntur
D e terrestri animantum conditione, notatu
D igna, & miratu, non ignorem insinuandæ,
T estandæq; Dei uirtuti haud esse minoris
M omenti, quàm quæ uolucrum, nantumq; relata
S int mira: haud quaq̃ tamẽ his super, ut super illis
T ractabo, tangamq; sigillatim: quoniam quæ
D e terrestri animantum conditione uideri
M ira queunt, cũ sint partim manifesta magis, quàm
E xponi expediat, propter commertia multò
O pportuna magis, partim similem rationem
C ontineant illis, quæ commemorata fuere
D e uolitantibus, atque natantibus: hic speciatim
T ractari haud adeò est nobis opus, atque necesse:
C um præsertim quæ ratio est præscripta mouendi
A d diuinum hominis cultum, studiumq;, putanda
S it nullo pacto melius, nulloq; tenore
A ptius effectum sortiri posse, creati
Q uàm memoratu hominis, meritisq; Dei erga homi
P erpensis: quorũ cũ nunc occasio sese (nẽ ipsum
O fferat expediendorum: non referet ultra
M ultum, si tractatio de reliquis animantum
T erricolis adeò non excutiatur ad unguem.
N am quẽcũque hominũ nõ mouerit in Dei honorẽ,
A c studium deprensa Dei mirabilis erga
I psum hominẽ cura, & propensio, suspicor hũc non
M otum iri quoquam de brutis plenius acto
T ractatu. cuius hominis mens non moueatur
P erceptis Dei in ipsum hominẽ meritis, ad amãdũ,

M irandumq; Deum, credo neutique futurum, ut
H unc moueat bruti tractatio quæpiam abundans
T erricolæ. Postquam ergò Deus species animantum
T errestres, brutiq; genus quodcunque colentis
T ellurem produxit, & ordine quasque propages
N atiuo fieri iussit: potioribus artis
V iribus incumbens, uirtuteq; nobiliori
V tens, ex limo terræ compegit, & arte
M irifica finxit hominem, speciemq; creauit
C orporis humanam: cui mox ingessit anhelo
S piramento animam, & uitales intulit auras
O re suo. pater omnipotens cum condere uellet
H umanam speciem, natum appellasse coæuum
F ertur, & æternam spirantis numinis auram
E xciuisse, piaq; hac uoce fuisse locutus.
N ate meæ specimen sophiæ, mea spiritus alme
O mniparens bonitas, quos naturæ ratione
V na complexos teneo, iam hominem faciamus;
E t nostræ prorsus formemus imaginis instar:
E t similem nobis statuamus: qui dominetur
O mnibus eductis animantibus, & potiatur
R ebus, quæ nobis sint editæ. imago creato
S ic sanè diuina homini est impressa, Deoq;
S ic similis confectus homo: ut compos rationis
E sset, & intellectu, animiq; bonis præstaret,
V ita immortalis, nulliq; obnoxius ægræ
C orporis, & mentis pesti, nisi quatenus ipse
C ontraheret sibimet, sibimetq; inferret. imago
Q uæ diuina homini fertur collata, parente

A eterno in condenda hominis natura adhibente
T am genitã sophiam, quàm sanctã pneumatis aurã
P rocedentis, eum sensus, signiq; tenorem
C ontinet, & prætendit eam arcani rationem;
V t uirtute potens, rebus sapiens, bonitate
I nsignis, productus homo, factus'ue fuisse
D ebeat omnino credi: quo sit manifestum,
Q uàm se munificum, largumq; impenderit ultrò
P roducendo homini Deus, & quàm se speciali
M unere, & officio propensum gesserit erga
C onstituendũ hominem: quem tã reliquis animãtũ
C orpore præstantem recto, specieq; decenti
P roduxit, quàm participem rationis, & auræ
D iuinæ, similemq; sibi formauit, & instar
A eternæ, propriæq; animauit imaginis. undè
Q uàm se debentem, quàm gratum debeat ultrò
S emet homo præstare Deo: cuius bonitate,
E t larga charitate, sit affectus speciali
M unere, tam respectu animæ, quàm corporis, aptè
C olligitur, clareq; patet. sed clarius istud
P ræterea fiet, multoq; patentius, omni
D iuini meriti explicita ratione, Deiq;
M irifica erga hominem productum cura, operaq;
E xactè excussa, & singillatim memorata.
C um, quæcunque Deus rerum proferret, in usum
D irrigeret, frugemq; hominis; iam tempore, quo lux
N ondum Sole reformato, se tertiò in orbem
V oluebat, mundiq; diem nascentis agebat
T ertiam, & eductis tellus detecta decorem

A rboribus primum capiebat, & ornabatur
I nnumeris herbis, quendam compegit amœnum,
I nstituitq; locum, quẽ ficto homini inde habitandũ
T raderet, & summa uitæ cum pace colendum
C onferret. locus hic nitidi uergebat ad ortum
L uminis, & toto tractu pulchros orientis
A spectus admittebat. fuit aëris isti
T emperies iucunda loco, non ulla caloris,
A lgoris'ue aderant incommoda, non erat æstas
F eruida, non hyemis frigus torpentis adurens;
V er erat assiduum, zephirisq; tepentibus aura
I ugiter efflabat lenis: non impetus ullus
V entorum, non ulla noti, boreæ'ue procella
A ëra turbabat placidum: non ulla nitentis
A spectum cœli prohibebant nubila: nulla
S ese fundebat nitidi caligo per oram
A ëris, ex oculisq; diem eripiebat: habebat
H ic locus insertas generis cuiusque uirentes,
F lorentesq; herbas: nulla propage carebat
A rborea, & nulla frugum ubertate: potenti,
M unificaq; Deus dextra plantarat, in usum
P roducendi hominis, regionem quamq; loci huius
A rboris omnigena specie: non fecerat ullam
H erbarum missam speciem, quin inderet isti,
I nsereretq; loco. sed quas inseuerat herbas,
E t quas arboreas species plantauerat, hacce
I n regione loci semper florere, uirere
P erpeuò, pulchrosq; perenniter edere fructus
I usserat, & grauidas uario se effere tenore.

Q uattuor æquè flumina deriuarat in iſtum
M agna locum, quibus ipſe rigaretur locus, & tum
F ertilior fieret, tum pulchrior efficeretur.
H ic locus eius erat naturæ, ut quicquid amœnum,
F ertile, pulchrum, delectabile, delitioſum,
E ſſe poteſt, in ſe comprenderet, atque teneret.
I nter eas uerò, quas indiderat Deus iſti
A rboreas clauſtro ſpecies, duplex erat arbos
M irificæ naturæ, & conditionis abundè
P ollentis. media regione loci una erat alti
S tipitis, & magnis pertingens æthera ramis,
Q uæ fructus intermixto candore rubentes,
A c inſtar ſphæræ, parili compage rotondos
P roferret, tam pulchros, quàm uirtute uigentes.
E ius erant iſti fructus rationis, eamq;
V im ſibi ſeruabant, ut qui decerperet ipſos,
D ecerptosq; manu ſuaues adhiberet in eſcas,
I ugiter acturus uitam foret, & tuiturus
S emet ab informi illeſum diſcrimine mortis
C orporeæ, & uitam æternos ducturus in annos:
N ec ſenſurus erat morbi tormenta alicuius
C orporei, nec torquentem ullam animis experturus
T riſtitiam. ex manſis uitalis fructibus huius
A rboris, indemnis poterat tam corporis ipſa
C ompago reddi, quàm pax tranquilla, ſalusq;
Q uæri animo: conſtansq; quies, fœlixq; parari.
A rboris iſtius fructus arcere dolores
C orporeos poterant, poterantq; excludera quoſque
A ffectus animo, & uitam producere lætam.

A ltera prætereà medio regionis eodem
A rbor erat: dextra positam quæ parte priorem
R espiciens altrinsecus, ad læuam referebat
S e partem; hæc sese modicum tollebat in auras,
E t depressa breui surgebat caudice terra.
S ed quantò se caudice tollebat breuiori,
T antò maiorem extensis ramalibus umbram
D iffundebat, & ingenti tantò magis ampla
B rachia circuitu porrecta tenebat. honestam
H æc arbos umbra, & folijs speciem ostentabat,
E t pulchros facie fructus, faciliq; paratos
D ecerptu prætendebat: poteratq; decore
P rætento, & carptu facili quencunque mouere
I ncautum ad fructus ex se in gustum capiendos.
A rboris istius ratio diuersa priori
P rorsus erat, uiresq; aliter retinebat edentem
A fficiendi. nam fructus, quos ipsa ferebat,
E ius erant rationis, ut ex gustamine eorum
C orporei affectus prorsum excirentur, homoq;
N on minus in perceptum, notitiamq; doloris
I ncideret: pœnamq;, arrepto corpore morbis,
S entiret; quàm sensa uoluptatum, illecebrasq;
S ensibiles grato motu gustaret. ut arbos
I lla prius memorata suis uitam tribuebat
F ructibus æternam, & nullo languore sinebat,
A ffectuq; animum rodi: sic altera fructus
H æc arbos edebat, haberent qui rationem
G ustati, afficiendi animi, mortisq; ferendæ
C orporibus: notamq; uoluptatem faciendi

C orpoream, ſenſumq́; doloris utrunque ciendi.
H anc itaque in lætam, pulchramq́; loci regionem
F ictum hominem Deus induxit, quē cum docuiſſet
V t res quæque creata, locoq́; incluſa beato,
S e naturalis cauſa uirtutis haberet,
A c uſus, nec non monuiſſet, ſingula quæque
T am uegetæ, quàm ſenſibilis rationis, ad uſum
Q uantum pollerent, quantumq́; uigore ualerent
N aturæ, his uerbis interpellauit amicè,
I nſtituens, tradensq́; tuendæ dogmata uitæ.
H æc, quæcunque uides, oculis quæcunque tuendo
H auris homo, ratione tui, cauſaq́; creaui
C uncta, tuosq́; ſalubriter omnia protuli in uſus.
T e quoque conſtitui diuinæ conditionis
N oſtræ participem, ac exemplar imaginis in te
E xpreſſi noſtræ: quo fit, ni fortè tibimet
D eſis, ut uitam poſſis traducere iugem,
A tque hac fœlici, tutaq́; loci regione
D egere: temporei donec præfixa tenoris
C onditio depoſcat, ut aſſumaris in oras
A etherias: mecumq́; trahas fœlicius annos
P erpetuos, uitaq́; beata, & pace fruaris
V berius, ni deeſſe tibi uis, eſt opus: ut me
A uſcultes, monitisq́; meis parere procures.
N am noſtra erga te propenſio poſtulat, ut te
O ptemus ſaluum, cautumq́; tibi eſſe uelimus
P ræcipuè. te uerò decet pro munere uitæ,
P roq́; bonis: quæ noſtræ munificentiæ adeptus
E s merito, nobis prorſus confidere, nobis

C redere, mandatis noſtris parere, nec ungui
À monitis noſtris lato decedere. quod ni
F eceris, ingratum mihi te monſtraueris, & te
A rgueris tibimet nocuum. committimus ergò,
P ræcipimusq; tibi pro noſtro proſpiciendi,
E t conſultandi ſtudio, ne fructibus eius
A rboris utaris; quæ conſita parte ſiniſtra,
S e modico à terra ſublatu ſurrigit, & quæ
N on minus obſcura foliorum exuberat umbra,
Q uàm fructus faciles decerptu porrigit. huius
A rboris excerptos fructus ſi manderis, hac, qua
N unc frueris, uita priuaberis, & regione
H ac tam fœlici ſubitò excluderis. inire
S i rationem aliquam uis incolumitatis, & huius,
Q ua te donaui, pacis, placidæq; quietis,
I ſtius abſtineas, iubeo, fructu arboris: ad quod
S i non cura tui potuit te inducere agendum,
I nducat ſaltem te gratificatio noſtri;
E t, quam tu debes, noſtri obſeruatio iuſſus.
E ſt arbor, dextra poſitam quam conſpicis eſſe
P arte loci, quæ ſuggeret opportuna alimenta
D ucendæ uitæ, conſeruandæq; quieti,
Q ua frueris. quin ex alia quacunque capeſſas
A rbore, permitto, fructum; uictumq; tibimet
D ecerpas; quoniam quæcunque creata, libenter
E ſſe tui iuris ſinimus. tibi nolumus eſſe
Q uid fructus, frugis'ue negatum; quominus uti,
E x animo, & ueſci poſſis. tantummodo ab una
A rbore contineas, uolumus, cupimusq; tuimet

C ausa, ne mortem subeas, perdasq; quietem.
H is Deus admonuit uerbis hominem, patrioq;
A ffectu docuit, quid opus curare tuenda
P ro uita foret, & quanam ratione cauendum
E sset, ne tranquilla quies, fœlixq; periret
C onditio. qui non meriti insignem rationem
D iuini erga hominem deprenderet ex ratione
F acti hominis, curaq; Dei, qua factus homo, sit
I n speciosum, fœcundumq; locum genere omni
R erum introductus, non posset non manifestò
S altem percipere ex uerbis, quibus ipse sit usus
E rga hominem Deus, omnino dum quærit eidem
C onsulere, incurrat ne quid discriminis, atque
E xitij. pro munifica bonitate sua non
E sse satis duxit Deus, ut similem sibi, & instar
P ropriæ imaginis efficeret hominem; nisi eundem
E ffectum summa cura, studioq; monendum
P rospiceret, ne decideret, culpaq; suapte
D eficeret fœlici ab ea, qua conditus esset
V iuendi ratione. quis hic satis admiretur
A ffectum, studiũ, meritumq; Dei erga hominẽ? quis
H ic non agnoscat Dei abundans, mirificumq;
P ropositum seruandi hominis, lethoq; adimendi?
S ed qui debebat pro conditione suapte
N ondum corrupta peccati labe, notare
P ræcipuè, exacteq; agnoscere, nil minus egit,
À quo præcipuè debebat amans reputari
P ropositum: à quo præcipuè expediebat iniri
A ffectus, meritiq; Dei erga hominem rationem,

I s nulla ratione Dei, propriæq; salutis
S ubducta, semet tota cum prole nepotum
T radidit exitio, mortiq; addixit. ut autem
I stius exitij series processerit, hinc iam
E xpediatur. homo cum partu fortè recenti
P roductus gratum hauriret per membra soporem:
Q uo gemini sexus conuentu humana propago
P rodiret, socioq; status fœlicior esset
C onuictu: dextra fertur de parte iacentis
A ccepisse Deus, quod conformaret in ipsum
C orpus fœmineum, & compingeret in muliebrem
S exum. qui solum iam se cognouerat esse,
C um fuit arreptus somno; simulatq; sopore
E xcitus, aspexit sociam, specieq; uigentem,
P ollentemq; eadem: ualdè est lætatus, & ultra
T estatus celebri concepta est gaudia plausu.
A h nescis incaute tibi, quàm gaudia uana
C oncipias, & quàm plausu læteris inani.
H æc, qua lætaris uisa, & quam plausibus ortam
E xcipis; exitij, & mortis tibi causa futura est:
E t quam nunc retines, est turbatura quietem.
F œmina uix fuerat diuina condita dextra:
C um malus, & nimium ingeniosa callidus arte
S piritus insidias homini est molitus, & astu
C omposito aggressus. simul exturbatus Olympo
I s fuit ob fastum, & dignas pro crimine pœnas
I mpius excepit tenebris damnatus: agendum
I d sibi constituit, summiq; loco sibi lucri
P roposuit, fieri si posset, ut irretiret

C omplures alios, uiscoq; teneret eodem.
Q uocirca cum carum hominem cognosceret esse,
A cceptumq; Deo, lætaq; quiete potiri,
E t uitam summa cum fertilitate bonorum
D ucere fœlicem : inuidia commotus, & actus
P ropositi praui stimulis, se uertit in anguis
E ffigiem, & sumpsit sinuosi membra draconis.
V t uerò melius, quod conaretur, haberet
E ffectum, meliusq; dolus succedere posset:
Q uæ facili foret ingenio, fideiq; adhibendæ
P rompta esset mulier, conuenit callidus, & se
I nsinuans, ut erat uetitæ uicina uireto
A rboris, est illi blanda sic uoce locutus
Q uæ uos uana fides, quæ uos persuadet inepta
C redulitas, ut tam pulchris à fructibus ora
A bstineatis, & interitus formidine uana
V os fraudari adeò suaui gustamine fructus
P ermittatis; & illudi, falliq; sinatis,
Q uominus istius uirtute fruamini amœnæ
A rboris? hac pulchra qui pendet ab arbore fructus,
E st eius uirtutis, ut ad quæcunque scienda,
E t noscenda boni, & praui miracula edentem
A dmittat, nullumq; genus patiatur omissum
N otitiæ, quod non pariat gustanti, & edenti
N on referat. qui uos à fructibus arboris huius
A rcuit, & studuit uos deterrere minando
M ortem, ne fructus hos gustaretis, id egit,
N e, qua notitia rerum ualet ipse, comestis
F ructibus his æquè uos excellatis, & instar

I psius in discernendo uos sitis. ab istis
F ructibus abstentos donec permittitis esse
V osmet : ab insigni sinitis uos tam diu abesse
C ognitione. nihil mulier, nisi desipis, est cur
A mplius abstineas carpendis fructibus huius
A rboris, & pulchro noscendi munere priuam
T e patiaris. age ergò manum protende, cibumq;
D egusta, gustetq; æquè uir deinde procura.
S uasibus inducta impostoris fœmina, fructum
A rbore decerpsit uetita, gustandoq; mandit,
G ustaretq;, uiro pariter persuasit, & ultra,
Q uem decerpsisset, manibus porrexit edendum.
Q ui modo diuino monitu, iussuq; repressus,
M ortiferum arborei fructus acceperat esse
I stius gustum, cladem q; agnouerat ex hoc
F ructu gustato sibi denique prouenturam :
T am moniti oblitus, quàm iussus immemor, is se
F œminei obsequij sic præstitit indulgentem:
V t tam rem propriam ruerit, quàm posteritatis
T otius, qui tot meritis fuerat cumulatus,
A ffectusq; Deo, ut si nec propriæ utilitatis
V lla foret ratio, quæ dissuaderet ab esu
A rborei fructus uetiti, saltem ipsa iubentis,
M andantisq; Dei ratio deberet abinde
A rcere, is suasu demultus fœminæ, eò se
A dduci sinit, ut committat, quod fore damno,
E xitioq; sibi intellexerit, atque repugnans,
A duersumq; Dei iussis cognouerit. hunc quis
I ngratum non dixerit, hunc quis non male cautũ

F irmarit hominem, qui non ratione suimet,
A uthorisq; sui ducta, se perdidit ipsum,
A uthorisq; sui uiolauit iussa? negatos
V t gustauit homo fructus, temeratáq; sensit
I ussa Dei: subitò erubuit, totosq; per artus
C ommoto affectu pudefactus inhorruit. hinc se
D eprendit peccasse; sui iam maxima damni
A rgumenta uidet: propè non agnoscit eum se,
Q ui fuerat. sensus deprendit corpore toto
I nuersos, sentitq; nouos sine lege cieri
A ffectus: iam se sentit mœrere, capiq;
T ristitia, iam se terrore, doloreq; carpi
A gnoscit. patitur iam plura incommoda nudus,
E t iam corripitur nudi, afficiturq; pudore
C orporis. hinc subit indumenti cura suendi:
V nde perizoma ex folijs ficus sibi latis
T exuit, & membris tegmen sat debile nudis
I nduit. aspectu non iam, prout ante, uigescit
I ngenuo: nec ea se libertate, uelut mox
A nte, gerit. timet, horrescit, uultuq; refert se
S eruili: prout ante, Dei præsentia non iam
E st ipsi iucunda, nec aspectum, prout ante,
E xpetit eiusdem, nec confidenter adit iam,
V t prius. exhorret, pudefit, quæritq; latebras;
Q uem tamen horrentem Deus, & latitare uolētem
V ltrò compellat, uerbisq; ita fatur. ut in te
I mpius, atque nocens, in nosq; ingratus habendus,
E t censendus homo es? qui, cū tibi tot bona haberes:
E t maiora etiam posses sperare, tuapte

C ulpa te spoliasti, contemnendoq́; nostra
I ussa, parum tibi curæ omnino significasti
E sse, quid acceptum nobis foret. hæccine uirtus,
H æc ratio, qua te insigniui maximè? amico
H æccine sunt monitu tibi tradita iussa? quid amens
E gisti? quæ cæca animi te suasit erynnis?
F œmina, dixit homo, mihi quam sociam tribuisti,
E t propagandi generis comitem, fuit huius
C ausa mali. carpsit, suasit, porrexit, amico
O bsequio sum gratificatus, eiq; negare
S ustinui neutique, mihi quam prorsus amandam
I unxisti. ò bellum, promptumq́; hominē, ò rationē
C riminis excusandi aptam, dignamq́; probari.
Q uæ tibi conditio est potior, ratioq́; tributa
N obilior permittit, uti suadente sinas te
F œmina ad indignum factu, noxaq́; refertum
I nduci? an perpendis apud quem te tuearis,
D efendasq́; tuam causam, excusesq́; alienam
C ulpam? is porrò, si nescis, est, qui modo temet
A dmonuit, legemq́; cauendi tradidit: & te
E docuit, quæcunque forent seruanda, tuenda
P ro uita, uarijsq́; bonis, quæcunque teneres,
S eruandis. est is, qui nouerit optimè, uti te
G esseris, & facilem, promptumq́; negotio iniquo
P ræstiteris, dederisq́; manus in damna paratas.
I s bene scit, quàm non quicquā cōtēderis, & quàm
T e facili ratione capi permiseris. anguis
A stu tentatum te nullius esse, dolo te
A ggressum nullo cuiusquam callidioris,

Teq́;

T eq́; magis uafri, bene nouit. uti muliebri
T e ſuaſu facile inflectendum, ultroq́; mouendum
P ræbueris, bene tam callet, nouitq́; patenter,
V t fruſtra propriæ quicquam prætexere culpæ
C oneris, crimenq́; tuum extenuare. uideri
S i qua poteſt forte admiſſæ excuſatio noxæ
C ompetere incauto, quoties authore ferat ſe
M aiori peccaſſe, eiusq́; alleget, & edat
C onſilium, excuſans culpam, extenuansq́; reatum:
Q uam facis abſurdè, ac inconuenienter agis tu,
D um conaris homo culpam extenuare reatus,
Q uem ſuaſu muliebri incurreris, & bene facti
A dmonitus contraxeris? excuſando reatum
S ic non extenuas, ut uel fuci merearis
C enſeri reus, & dementis ineptiæ haberi
S ons: peccans nimisq́;. commiſſi criminis ergò
I udicium Deus acturus, pœnasq́; ſequaces
D elicti declaraturus utrique locutus
S ic homini, panditq́; admiſſæ incommoda noxæ.
Q ui noſtri monitus, & cognita iuſſa fuere,
N on patiuntur, uti quicquam prætendere iuſtè
P oſſitis, quo ueſtra admiſſi culpa leuetur
P acto aliquo: pœnasq́; euadere iure queatis.
I uſti iudicij ratio deflagitat, ut dum
Q uæſiſtis, uetitæ fructus guſtando fugaces
A rboris, ad noſtræ audaces accedere captum
N otitiæ, nobisq́; pares euadere rerum
C ognitione, bonis compluribus, agnita uobis
Q uæ fuerant, priuemini, & agnitione malorum

M ultiplici affecti, nil pacis, nilq́; quietis
N oſcatis. dum tentaſtis acquirere uobis:
Q uod noſtri iuris foret, & contra mea iuſſa
F ructibus à uetitis non abſtinuiſtis, id omnis
I uris, & imperij, quod tam ueſtri ratione,
Q uàm rerum, proprium uobis bonitate meapte
T radideram, ueſtra culpa, ueſtroq́; maligno
P ropoſito amiſiſtis. dum eompeſcere uoſmet
N equaquam uetita uoluiſtis ab arbore, quicquid
I uris in arboribus reliquis regionis amœnæ
H uius habebatis, uoſmet fraudaſtis. abuſi
C um ſitis, quo donaram uos, otio: agendo
Q uod nec conducebat uobis: nec mihi gratum
E xiſtebat, inibitis amodò plura laborum,
Q uàm quæ penè queant ferri diſcrimina; ut ipſam,
C uius perdendæ induxerunt otia cauſam,
P erdere mox poſſint cumulata negotia uitam.
N am quæ ſufficiebantur uobis alimenta,
D um neglexiſtis; uetitiq́; cupidine fructus
A llecti quæſiuiſtis contraria uitæ
D ucendæ; adduxiſtis eò uos, interim agendæ
V t ſitis uitæ nulla opportuna habituri
N utrimenta, niſi infeſto quæſita labore.
N on gratis homo tu poſthac alimenta, cibumq́;
A ccipies, uerum ſudore tuopte laborans
A cquires. quæ terra dabat tibi ſponte cibatum,
A tque inculta tibi fruges tribuebat, auara
M ox erit, & fructus etiam exquiſita negabit:
A tque tuos ultrò fruſtrabit culta labores;

S æpéq; te fœtu sperantem ludet inani.
F œmina, quæ faciles tribuisti suasibus aures
S erpentis, uetitisq; manus es fructibus ausa
I nijcere, & nostros audax perfringere iussus;
N on faciles adeò partus patiere, nec edes
D enique tam facile in uitam prolem pariendo,
Q uàm deduxisti in mortem condendo. labores
Q uæ generi humano peperisti iussa refringens,
E t uetita fructum carpens ex arbore, tu te
M ox æquè magnos referes pariendo labores.
Q uæ persuasisti imperiosa uiro uetitæ esum
A rboris, imperium subiecta uiri experiere
P osthac, obsequiumq; uiri summissa subibis.
Q uæ tibi cum serpente fuit concordia, cedet
S ic tandem, ut fiat discordia mutua, seq;
N on minus infensum sit præstaturus is in te,
Q uàm tu prorsus ei sis pernitiosa futura.
S ed cui impostori cessit uictoria, posthac
A ttritum referet caput, & retro superatus
C edet, & audebit minimè contendere contra;
S ed petet insidijs solummodo terga, sequensq;
C alcibus instabit. satius, meliusq; fuisset
I lli, si nunquam facinus tentasset id audax:
C onditio fuerit multò infœlitior eius
P ostmodo: perrepet terra execrabilis inter
C ætera uiuentum: & terram depascet inertem
E xpes, & nullis gradiendi uiribus hærens.
V t Deus expressit sancti iustissima sensa
I udicij, & recto meritas examine pœnas

E xplicuit : regione reos præcepit amœna
C edere, fœliciq; loco mandauit abire :
C uſtodemq; loci poſuit ; qui flammeo , & igne
E nſe coruſcanti perſtans aditum obſeruaret :
E t uigili fructus cuſtodiret ſtatione
V itales . qui factus homo fueras dominator,
P oſſeſſorq; loci tam fertilis, atque beati,
E t uitam poteras ſumma cum pace quietam
D ucere perpetuò, dum te malus occupat error,
E t praui demens capit indulgentia ſenſus ,
N on tam formoſa, & læta regione loci te
P riuaſti : quàm te morti, uitæq; labori
O bſtrinxiſti amens : qui non habita ratione
T am placidi, lætiq; ſtatus peccaueris, & te
V ltrò in pernitiem, miſeræq; incommoda uitæ
I ntuleris   um tu facile obſeruare ualeres
I uſſa Dei, cum tu facilem tibimet dominandi,
O bſtandiq; malo, rationem prorſus haberes :
Q uæ fuit hæc animi peruerſio , quæ ue maligna
I mprobitas, ut temet præbueris facilem ſic
A d delinquendum, faciliq; adeò, quod iniquum ,
D iſplicitumq; Deo ſcires, patraueris auſu ?
R es abſurda nimis, nimis à ratione aliena
H æc fuit : ut rueres , cum poſſes marte cauere
V el modico, & caſum tenui uitare labore.
Q ui facili adnixu poteras ſedare rebellem
S enſum, & quaſque cupidinis occurrentis inanes
I llecebras pugna exili compeſcere, temet
A dduci permittis eò, ut uioles , temereſq;

I ussa Dei, teq; in discrimina aperta malorum
C onijcias, suasu muliebri, speq; fugaci
C ommotus. si duntaxat tibimet nocuisses
P eccando, solumq; tuo tibi damna tulisses
C rimine, mirari solùm possemus ineptam,
I nsanamq; tuam peccandi conditionem:
E t pro communi specie, humanoq; dolere
A ffectú, miserum tantis cecidisse bonis te.
S ed cum peccando obfueris nobis, generiq;
T oti hominū labem, mortemq; adduxeris, est quod
P ossimus grauiter tibi succensere, tibiq;
I ure indignari. quis enim iam comprimat in te
I ras ex nobis, qui cogitet, ut miseri nos
I mpietate tua simus, pœnasq; luamus
A equè nos noxæ, quam perfidus admisisti.
N i frangendo fidem uiolasses casta supremi
I ussa patris, ni gustando fructus temerasses
I n te iura Dei, non tot sentire labores,
T otq; pati ærumnas nobis contingeret: & quam
D ifficilem patimur mortem, neutique subiri
A ccideret. tu causa mali, tu causa laboris,
I nteritus tu causa. genus per semina totum
C ommaculas, uirusq; mali traduce per omnes
A cta diffundis. nisi tu gustando negatos
F ructus, præceptumq; Dei uiolando fugari,
E xpelliq; loci pulchra regione fuisses
C ommeritus: tibi quæ fuerat concessa, tuæq;
P osteritati habitanda, frui possemus ea nos
N unc quoque, & immortalē ibi uitā ducere larga

C opia abundantes rerum, nulloq; grauati
C orporis, aut animi morbo. cum tot bona tam nos,
Q uàm te respicientia, nobis impietate,
N equitiaq; tua abstuleris, cum commoda uitæ
I mprobitate tua tot perturbaueris, & tam
F œlicem, lætumq; statum interuerteris, ecquis
C ontineat, qui non uehementi excandeat in te
I ra, teq; tui non asserat ipsius hostem,
D eq; tua meritum nimium male posteritate?
T ot bona ademisti nobis, mala tot peperisti,
V t nulla in te de nobis meritum male, sumi
I ra queat sat digna. bonis solummodo non nos
P riuasti: & uitæ immortalis nos spoliasti
M unere; uerum etiam uitam, quæcunque relicta est,
S ic miseram, plenamq; malorum constituisti:
V t morte hæc ipsa infœlicior esse uideri
P ossit, & interitu peior quocunque putari.
V t se uidit homo pulchra regione fugatum,
F œliciq; loco expulsum: imo corde dolorem
C ontraxit, multumq; animo concussus, in hæcce
V erba querens mœstam profudit pectore uocem.
Q uàm me fœlici deiectum conditione
C omperio? quàm me læto, dulciq; bonorum
D eprendo cumulo spoliatum? lætus, egensq;
N ullius omnino uitam cum pace trahebam:
P ulchraq; ducebam fœliciter otia abundans
R ebus, & omnigena diues ratione bonorum.
O mnis eram immunis penitus languoris, & expers
T ristitiæ. me nulla molestia conflictabat

C orporis, atque animum nullus dolor afficiebat.
M e miserum: quas in turbas, aciesq; malorum
I ncidi? & in uitæ memet discrimina quanta
C onieci? hinc corpus uictus affligit egestas,
I ndè dolor subiens animum corrodit, & ægram
A ffectus mentem perturbat noxius. ille,
I lle ego, qui pridem fœlix, omniq; bonorum
V bertate fluens, nihil omnino experiebar,
Q uod corpus torquere, animumq; affligere posset:
E t tam causa animi, quàm corporis omnia habebã
C ommoda, nunc uictum cogor mihi quærere, nũcq;
V itam per duros miseram traduco labores.
N ec minus indigeo rebus, quæ corpus ad ipsum
P ertineant, quàm nulla animi solatia mœsti
S entio, & ægrentis mentis medicamina nulla
E xperior. non curæ animum, mentemq; minores
S ollicitant, quàm conficiunt incommoda corpus.
H ei mihi, quid tãdem mala conqueror illa, mihimet
Q uæ conflaui amens; & quæ peccando mihi ipsi
C ontraxi? haud quaquam cõquestio iusta malorũ,
Q uæ nostrapte opera, culpaq; educta molestent
N osmet, & affligant. quantò querimur grauiora
E sse mala, & quantò maioribus attestamur
N os tangi ærumnis, quas produxerimus ipsi
N obis; nos tantò nostram conuincimus esse
M aiorem noxam: tantoq; reos magis ipsos
N os facimus. sed cur nosmet non maximè agamus,
M onstremusq; reos, qui nobis tot mala spontè
E gerimus, iussumq; Dei, bene sic, adeoq;

D e nobis meriti, & largiti tot bona nobis,
F regerimus ? mulier luimus de crimine pœnas
H as meritò, patimurq; graui mala digna reatu.
S ed sicut, meritò mala tot nos ferre, fatendum est,
E t, quas omnino pœnas mereamur, inire :
S ic est optandum , ut nostri miseratio iustum
E xcipiat quandoq; Deum : qui pro bonitate,
A c pietate sua nos his aliquando malorum
L iberet inuolucris , & pristina iura quietis
I ntegret, & uitæ deperdita dona rependat .
Q uod si, nequaquam nostræ sinit impia noxæ
C onditio, grauitas'ue errati admittit, ut his nos
S oluamur damnis, & restituamur ad auras
V itæ perpetuas, saltem quæ criminis insons
P osteritas, & qui nil peccauere nepotes,
H isce malis exoluantur : uitæq; perenni
R eddantur , nullasq; luant pro crimine nostro
P œnas, nec subeant alienæ incommoda culpæ.
T alia fundebat mœrenti pectore, pulchri
S ede loci depulsus homo : noxæq; dolorem
C ommissæ eximium claro sermone probabat :
C um pater omnipotens , genitorq; benignus ab alto
A udijt, & querulas hominis mœrentis amica
A ure preces hausit : subitoq; misertus , opem tum
T radere solando, tum sufficiendo necessum,
C onstituit : miserisq; reis succurrere : quantum
P eccati ratio permitteret , atque precantis
C onditio pateretur. ea est bonitas Dei, & erga
I psum hominem propensio , ut abstineat prodesse

N unquam homini, quãtũ exacti ſua cautio perfert
C onſilij, patiturq; hominis ſuſceptio, ſiue
C onditio. Deus ergò querẽtem hominem miſeratus,
P rimum indumento confecto ex pellibus ipſum
I nduit, & contra pluuias, & frigora corpus
M uniit, inde animum eſt uerbis ſolatus amicis:
L ongáq; ſucceſſus percurrens ſecla futuri
A cceptos ſibi complures pietate nepotes
P rodidit, & memorans fœlicia dona ſalutis
M ittendæ, uerbis oracula ſancta recluſit,
S olamenq; adhibens, ſacro eſt ſic ore locutus.
Q ua te notitia interdicto ex arboris eſu
A rcebam, fuit hæc; qua nunc incommoda noſcis,
E t mala perpetiens ſentis. dum reddere nobis
T e ſimilem noſcendo cupis, te deijcis infra
C onditionem hominis. tamen hic confide, malisq;
H is conſtans obſiſte: meo quæ cuncta fauore
A equius accipies, & lenius experiere:
D onec eò perueneris, ut compage ſoluta
C orporis, iſtinc eripiare; animoq; perenni
I ncolumis ſtatuaris, ubi uerſere; quouſque
T e demiſſa ſalus traducat in æthera; teq;
E xcipiens læto iucundet munere uitæ;
E t mage, quàm fueris, reddat, faciatq; beatum.
N am cum maturum uitij permiſerit ulcus,
E t ratio errati medicamen ſuerit addi
V tiliter, mittam, qui te, totamq; nepotum
P rogeniem exitio ſoluat, duriſq; malorum
C ladibus eripiat. pius hic, & mitis aget ſe

S ponte ſua in mortem, nec detrectabit obire:
Q uo ueſtro illatam depellat crimine mortem,
E t generi humano uitam reparet moriendo.
H ic ligno occumbet, & ligni munere uitam
R eſtituet, ligniq; iniens tormenta, ſalutem
A fferet, & ligni toleratu diluet omnem
C ontractam ex ligno labem. conflaſtis uti uos
P ernitiem ex ligno: & uobis mortem, generiq;
V eſtro, decerptu ligni peperiſtis acerbam:
S ic lignum ſubiens hic, uitam conferet, & ui
P erpeſſi ligni tam uos, quàm crimine ueſtro
O bſtrictos morti, redimet de morte: ſalutem
Q uam uos, & uitam ligno amiſiſtis, hic idem
R eſtituet ligno. quam mortis conditionem
L igno incurriſtis, ligno moriens meus hic uos
S oluet ea. quem dico meum, de ſemine ueſtro
C orporis aſſumet compagem, ueſtráq; dici
P rogenies poterit. prodibit ſemine ueſtro
H ic meus: interitu qui uos, ueſtramq; propagem
E xoluet moriens, uitæq; ad munia lætæ
A dducet, mortem patiens. ſpem ſumite certam:
Q ui uos morte, maliſq; exoluat, prole futurus
E x ueſtra eſt, ueſtroq; oriturus ſanguine. inite
G audia, & infeſtas animis depellite curas;
Q uandoquidem ueſtræ mihi maxima cura ſalutis
E xiſtit, magnoq;, ut proſim, proficiamq;
V obis, adnitor ſtudio. confidite nobis,
I nq; fide noſtra perſiſtite, nec dubitetis
V os iri noſtro ſeruatum munere: nunquam

S um deserturus uosmet, uestramq; propagem:
Q uin, quantum liceat, tuear, foueamq;. quis in uos
E xtiterim, qualemq; erga uos præbuerim me:
V os bene calletis. quantum sperare queatis
D e me, cum notum ex meritis, quæ contuli, habere
S at ualeatis, erit uestrum, solamen inire
T ristitiæ, & mœstos animi compescere luctus.
C ur non interea pariter solatia uobis
F erre queant, quicunque pij de sanguine uestro
S int orituri homines? quos nobis maximè amicos,
A cceptosq; fore agnoscatis, & integritate
N on minus egregios uitæ, morumq; futuros,
Q uàm fide, & omnigena mentis uirtute probatos
P ercipiatis. erit trinepotis filius, & qui
S eptimus à uobis ducatur origine: cuius
T anta sit in nostri cultum, studiumq; futura
S edulitas, nobisq; adeò propensa uoluntas
G ratificandis, ut tandem seruandus ab omni
M orte sit illæsus, necnon regionis in eius
F œlicem, pulchrumq; locum ducendus, abacti
D e qua uos estis. locus hic habitabitur isti
V nà cum Thesbite uiro, qui sanguinis æquè
V estri erit, adueniant donec præscripta ineundi
T empora certamen praua cum prole draconis,
Q ui uos decepit: contra quam strenuam, & acrem
N auabunt operam: & nixu, ualidisq; resistent
V iribus: excipiat donec certamen, ab alto
Q ui ueniat, nostroq; sinu procedat. is æquè
C orpore comparens, quod uestri sanguinis ortu

C eperit, infringet uires, omnemq; potenti
P rosternet dextra uim bellatoris iniqui.
P rocedet pariter uestro de semine, toto
T empore qui uitæ mecum consentiat, & me
P roposito obseruet constanti, & pectore firmo
P erstet amans nostri. quare seruabimus unum
H unc cum prole sua, cum nostræ prouida libræ
E xposcet ratio, ut generis delicta nefandi
E xpurgemus aquis, missoq; nouemus aquarum
D iluuio genus humanum. dabimus rationem,
T rademusq; modum, quo constructa queat arca
H ic se, progeniemq; suam indemnem, incolumemq;
C ustodire ab aquis; quæ sint habitaminis omnem
T errestris faciem oppressuræ. munere nostro
H ic genus humanum tutum seruabit ab undis,
E t quodcunque genus terrestre animantis eodem
A rcæ subsidio illæsum custodiet. æquè
S anguine de uestro prodibit, qui pietate,
E t fidei uirtute sua mereatur ab igne
C aldæo auferri, statuiq; parens generosus,
M ultiplicisq; pater gentis. prompto hic alacriq;
H ospicio me suscipiet, mensaq; benignè
A dmittet posita. tanto capietur hic in me
A ffectu, tantamq; fidem sibi contra et, atque
C oncipiet de me, ut nec nati parcere uitæ
S it semet permissurus, quo gratificetur
N obis, mandatisq; meis obtemperet; hic se
G ratum adeò, acceptumq; mihi præstabis, ut ipsum
S im delecturus, cuius de semine gentem

E ducam, quam præcipuo complectar amore,
Q uæque mei in primis cultus ſtudioſa ſit. undè
I nſtituam ſignum, quo ſe notet ipſe, ſuosq́;:
E t quo quoſque ſuo edendos de ſemine curet,
P ræcipiatq́; notandos: cui qui filius annis
P rouecto, noſtro continget munere, ſicut
N on pietate patre inferior, ſic corpore caſto
E xcellet patrem: cuius pia uota, precesq́;
P ollebunt adeò: ut ſterili de coniuge prolem
S uſcipiat geminam: geminosq́; ex coniuge natos
I mpetret: quorum qui poſterior referet ſe
I n lucem, tantum nobis probitate placebit,
T amq́; mihi candore animi, mentisq́; nitore
G ratus erit: tantumq́; mihi ſe reddet amicum,
V t ſibi adepturus mutatum nominis ex me
C onſpecto, & mecum luctam ſubiturus. is edet
M ultiplicem prolem: & genti, cui conſtituendæ
P rincipium dederit, parili ratione relinquet
N omen. ab hoc nunquam tutando, ſiue iuuendo
D eficiam. quin mirificis rationibus ipſum
A famis eripiam diſcrimine. tantus apud me
H ic erit, ut non mira minus prædicere fando
S it ualiturus, quàm ſucceſſu cuncta habiturus,
D enique, quæ cupiat, læto. compluribus unus
H uic erit ex natis iuuenis, qui corpore caſtus,
A tque animo ſincerus, heræ dum turpe recuſat
F lagitium, & pœnas tolerat patienter iniquas,
D educatur ad excelſi faſtigia honoris,
I mperiumq́; ſuper populos, gentesq́; capeſſat:

H ic præclarus honore, potensq; opibus, charitate
S e præstabit ea in patrem, fratresq; iuuandos,
À quibus offensus foret, ut specimen probitatis
E gregium exhibiturus sit, mireq; benignum,
M unificumq; animum ostensurus. se quoque uestro
S emine aget, cuius sit mansuetudo futura
I nsignis, præstansq; animi constantia. soluam
H oc duce dilectam gentem, redimamq; grauanti
S eruitio. meus internuntius hic erit, atque
I nterpres, qui iussa ferat, mandataq; regi,
E t populo mea promulget. hoc iura ministro
I nstituam, legesq; dabo tam relligionis,
Q uàm putealis. erit magna huic præstantia agendis
I n rebus. non plura domi præclara, foris quàm
E xiget. intrepido quæcunque pericula inibit
C onsilio. non quoquam alio miracla ministro
P lura edam, non plura feram, maiorà ue rerum
O stenta, aut signa. hic mecum persistet aperto
V ultu, sermonesq; domesticè habebit, & unà
C onferet. hic mecum sublimi in monte manebit s
P erq; quater denos orbes, tractusq; dierum
I eiunus mecum populi de rebus agebit.
H ic uarijs curis, uarioq; labore premetur:
Q uo rectè populi rebus sibi consulat à me
C ommissis. huius qui suscipiet morientis
M unus me tradente: pius, mitisq; nitebit
O mnigena uirtute, manuq; paratus, & arte
M ilitiæ instructus, populum deducet in oram
T erræ præscriptam fœlicis, origine uester

H ic pariter, ueſtráq; actus traduce, precando,<br>
O randóq; à me impetrabit, ut ordine ſueto<br>
S ol cedat, ſiſtenſq; diem producat. abundè<br>
H ic plures alios poſſem numerando referre,<br>
Q ui ueſtro proceſſuri de ſemine, tam ſint<br>
V irtutum merito, & uitæ probitate futuri<br>
I lluſtres, quàm relligione pie merituri<br>
D e nobis. poſſem multos numerare futuros<br>
A equè de ueſtro ducentes ſanguine ſemen,<br>
Q ui noſtra imbuti diuini numinis aura,<br>
S int arcana animi noſtri mortalibus ore<br>
F atidico panſuri, & permittentibus ultrò<br>
N obis, conſilij noſtri ſecreta daturi<br>
I n uulgum. qui caſta relligione, proboq;<br>
V irtutum cultu ſpectati, mira operante<br>
M e ſint facturi, ſpecioſáq; geſta, cauendo<br>
T am mala, quàm lætos ſucceſſus efficiendo,<br>
L aturi: plures etiam de ſtirpe futuri<br>
S unt ueſtra. fuerit, ſubitos qui cœlitus ignes<br>
E liciet, noſtráq; opera confundet iniquos.<br>
I ncolumes qui ſe referant ex ignibus, & ſe<br>
E x flamma indemnes rapiant candente, futuri.<br>
I mmani qui ſe conſeruet ab ore ferarum<br>
I llæſum expoſitus, qui ſe de uentre profundo<br>
E ripiat ceti noſtra uirtute, futurus<br>
E ſt æquè. non deerit item qui corpora rerum<br>
A ugeat, immutetq; mea ſubnixus opum ui.<br>
F lumina qui ſiſtat, curſuſq; refrænet aquarum;<br>
E t qui defunctos rurſus ad munia uitæ

R estituat, reuocetq́; mea uirtute peremptum
A d uitam corpus: uestra de prole futurus
E st pariter. sed quosque horum dimitto, uolensq́;
P rætereo, ne longa moram tractatio segnem
A fferat, & uestras numerus quàm maximus aures
C onfundat. non dimittam tamen inclyte te rex,
N ec te præteritum patiar: qui mitis, & omni
V irtutum specie præclarus, semine ab horum
E s processurus. pastorem te gregis ungam
I n regem, tollamq́; humili de sede supremos
A d iuris, regniq́; gradus. tu munere nostro
V ictor eris, contraq́; feri inuicta arma gigantis
I nsignem referes palmam. quæ cura tuendæ
R elligionis erit, quæ prompta, & prona uoluntas
P arcendi, offensasq́; remittendi fuerit: sic
A cceptum, carumq́; mihi te reddere quibunt,
V t sim passurus te nulla arcana latere,
S imq́; retecturus mysteria magna. futuro
H oc uos lætari nimium, & gaudere nepote
F as fuerit. talis ferat hic solatia uobis
M agna nepos: quorum de stirpe sit hic oriturus,
N on minus egregia uirtute colendus, honore
Q uàm claro celebrandus: habetis nẽpè quod ultrò
S olamen capiatis, & exultetis abundè.
R ex erit hic præstans, & præstans carmine uates:
H ic scito referet nostras modulamine laudes:
N ostraq́; uaticino celebrabit munera cantu,
E t nostri pandet præclara uoce tenorem
C onsilij: numerisq́; edet mysteria sacris.

Huius

H uius præterea, quem nec reticebo, futurus
E st præstans natus; cui tanta scientia rerum
S uppetat, & tam larga animi prudentia, ut omnē
L ongè excessurus doctrinæ sit rationem
H umanæ, ac omnem noscendo, sciendoq́; sensum
H umanum superaturus. hic munere nostro
P ercipiet rerum naturam quanq; : scietq́;,
Q uæ uirtus cuiusque rei, quæ forma quibusque
I nsita sit rebus. nihil hunc latitabit in omni
N aturæ specie; noscet, quancunque operandi
V im teneat rerum species sibi quæque. sciendī
O mne genus plenè accipiet. quapropter ad ipsum
E xternæ accedent gentes, populiq́; remoti:
A quo de rebus dubijs doceantur, & à quo
I ncerti rerum addiscant. hunc fama per omnes
E fficiet celebrem terras. referentur ab omni
D ona plaga. hic templum mihi nobile cōdet, opusq́;
P atri interdictum summo præstabit honore.
S e uestro pariter referet de sanguine, multo
T empore post, alius rerum indagator, & arte
S cribendi miranda potens. secreta per ipsas
T radita propages scriptis hic inseret, & me
P ræcipiente, dabit scitis arcana legenda
I ngenijs. mihi carus erit, uirtuteq́; multa
A cceptus. solerti opera præstabit, & acri
I ngenio efficiet: ne quæ monumenta meorum
S int operū, et nostra erga hominē merita attestētur,
I ntereant, arcanaq́; uiuendi documenta
P erdantur. quot se clari uirtute, probiq́;

R elligione uiri referent de semine uestro,
P enè tot insignes edentur fœminæ, abundent
Q uæ tum uirtutum cultu, tum relligiosa
I ntegritate animi: quas interea tamen esse
P ræteritas uolo: quandoquidē ad solamen agēdum
V obis, uel debet promissio facta salutis
E sse satis, uestraq́; salus oritura propage.
H is deus est, habita nulla ratione receptæ
O ffensæ, mœstos homines solatus amicè:
N ec solando minus, quàm promittendo salutem,
E didit argumentum insigne suæ bonitatis,
I nq́; hominem charitatis: dum non soluere damnis
D untaxat decernit eum, sibi quæ peperisset;
S ed solari etiam interea, donec redimatur,
S oluaturq́; malis, tentat, quæritq́; benignè.
A pprimè cupidum Deus, & uehementer amantem
O stendit se hominis: dum non satis æstimat esse,
V t tribuenda salus in tempore decernatur,
N i quoque curet eum solari; ut lenius, in quos
S ponte sua inciderit, subeat, toleretq́; dolores:
D onec decretæ adueniant præscripta salutis
T empora, Iustitiæ arcano dilata tenore.
M ira quidem species hominis, compagoq́; ficta
A rte Dei, longè potius, quàm cætera rerum
C orpora uiuentum debet pollere mouendo
I n diuina homini. porrò si corporis ipsa
C ompages tot constans partibus, & uariatis
M embrorum ordinibus tot conciliata putetur:
N on in naturæ totius conditione

C orporea, quid comperietur, quod ferat artem
T am miram, tantamq; Dei demonstret agentis
V irtutem. sin uerò animæ ratio excutiatur,
E t quæque ipsius uis, siue potentia rectè
P erpendatur; erit nihil, & nihil inuenietur
M irius in tota uiuenti, siue animata
N atura; & quod plus miraminis excitet: atque
P roducat, mirumq; Deum magis, atque potentem
D esignet. hominem si præcipuè reputata
C ompages hominis per miratus rationem,
D eprensumq; potentis, mirificiq; uigoris,
A d cultum, studiumq; Dei deducere, siue
P roritare potest: quantò debent mage posse
I d præstare Dei merita erga hominem memorata,
E t perpensa, quibus formatus homo reperitur
A ffectus? quin erga hominem cumulus meritorum
I s diuinorum deprenditur, ut, nisi amore,
A ffectuq; Dei tangatur homo, & uehementer
C orripiatur: haberi plumbeus, attonitusq;
O mnino, nedum ingratus mereatur. honora
S i Deus effigie, & pulchra inter cætera forma,
N aturaq; hominem finxit; si quæq; animantum
E t res quasque creans penitus dirrexit in usum,
P rofectumq; hominis: si præceptis, monitisq;
T entauit cohibere hominem, retinereq;, ne, qua
F ormatus frueretur, conditione beata
E xcideret: si postquam præceptis, monitisq;
P ost habitis cecidisset homo, culpaq; suapte
D amna incurrisset, pariter curauit eundem

S oluendum damnis, ac interea ſolandum,
F irmandumq́; : quouſque ſolutio conficeretur:
Q uis fuerit, qui iura hominis cuſtodiat, & non
P rorſus ab humano decedat, cui meritis tot,
M uneribusq́; Dei non commoueantur ab imo
V iſcera? & affectus charitatis maximus erga
T am bonum, abundantemq́; datorẽ non moueatur?
S i nil præteriiſſe Deus reperitur, omiſſum
S i liquiſſe nihil prorſus deprenditur, ex quo
D eclarare ſuam poſſet bonitatem, & amorem
E rga hominem monſtrare ſuum: quidnã impietatis
I d fuerit, non tangi hominem, affectuq́; moueri
E contra: nec grato animo, tot muneribus, nec
A ffectu tam mirificæ bonitati, & amori
R eſpondere? Dei ſi proteſtatur amorem
E rga hominem, non ſolùm hominis natura, tenorq́;
I pſius, ſed tota etiam productio rerum,
E t natura; quid eſt id ſæuitiæ, & feritatis
E xtremæ, tam promptum non agnoſcere amoris
D iuini affectum; aut contrà non mutuo amore
A ccipere? hæc præpoſtera quænã, & praua uolũtas
E ſt homini, ut quodcũque bonum contingat ineſſe
I pſi, uel rebus diuino munere cauſa
I pſius; quo præcipuè deberet in acrem
A ffectum, cultumq́; Dei duci, atque moueri;
S ic utatur eo; ut cuius deberet amorem
E xcire, auertat: cuius augere alioqui
C ultum deberet; minuat, penitusq́; remittat.
A h prauos uſus tu corrige, qui tribuiſti

C onditor: adde modum, conferq; benigne tenorem
V tendi, & tam propositum tu suffice, quàm uim
P ræsta, nequid eorum, quæ teneant rationem,
N aturamq; boni, prauum redigatur ad usum;
S ed uertantur eo, quò debent cuncta, salute
P ro quærenda, fœliciq; statu potiundo.
C um bonus, omnipotensq; Deus, solamine amico
F irmasset collapsum hominem, iam Sole redacto
A d metam, cursum absoluebat sexta dierum:
P erpetuoq; dies tractu iam septima inibat
P rincipium: qua continuò subeunte, creandis
I mpositus finis rebus: compageq; tota
N aturæ, & mundi educta, Deus absitit arte
C ondendi: factoq; operandi fine quieuit:
A d cuius lætam nos ò trasire quietem
I am liceat, simulac operandi terminus isti
C ontigerit uitæ: uitæq; laboribus istis
P erfunctis, sextæ complerimus acta diei.

COLLEGIMVS HOC IN LOCO ERrata notatu digna, quæ sic corrigenda admonuimus: atque illud simul, per a primã, per b secundam paginã indicari.

| Pagina | | uersu | errata | corrige |
|---|---|---|---|---|
| 6 | a | 6 | quànque | quamq; |
| 16 | b | 17 | quam'que | quanq; |
| 23 | a | 22 | deceedre | decedere |
| 30 | b | 26 | concœptum | conceptum |
| 33 | a | 28 | ex ni | ex ui |
| 36 | b | 15 | sic solum | sit solum |
| 36 | b | 16 | sit eo | sic eo |
| 39 | a | 26 | effluat | effluit |
| 39 | a | 28 | nidetur | uidetur |
| 41 | b | 17 | ruditare | ruditate |
| 43 | b | 30 | diuinæ | diuturnæ |
| 49 | b | 7 | quenq; | quemq; |
| 52 | a | 18 | latá'ue | latá'ne |
| 64 | a | 13 | egissent:quæ | egissent: si quæ |
| 65 | a | 10 | quanq; | quamq; |
| 77 | a | 30 | protendit | protendat |
| 78 | a | 18 | modo tribuẽdũ | modo quid tribuẽdũ |
| 90 | b | 14 | quanq; | quanquàm |
| 90 | b | 26 | inijcaitur | inijciatur |
| 91 | a | 9 | Mirifice | Mirificæ |
| 95 | b | 11 | Ipsorum | Ipsarum |
| 99 | b | 26 | Torpedo | torpedo |

| Pagina | uersu | errata | corrige |
| --- | --- | --- | --- |
| 100 b | 1 | *ſtella* | *Stella* |
| 101 b | 18 | *cognitionem* | *agnitionem* |
| 104 b | 5 | *contaminis* | *conaminis* |
| 107 b | 28 | *perpeuò* | *perpetuò* |
| 108 a | 22 | *animis* | *animi* |
| 108 a | 28 | *excludera* | *excludere* |
| 113 a | 16 | *peccás nimisq́;.* | *peccansq́; nimis.* |
| 114 a | 7 | *condendo.* | *comedendo.* |
| 114 a | 23 | *faciuus* | *facinus* |

A B C D E F G H I K L M N O P.

*Omnes quaterniones præter P duernionem.*

APVD ALDI FILIOS.

VENETIIS M. D. LI.


ALDI
FILII

